



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


57. L. 25.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

57. L. 25



DE VITA, MORIBVS,
ET REBVS GESTIS OMNIVM
DVCVM VENETORVM, QVI IAM
INDE A' CONST. ITVT A IPSORVM RE-
publica, vscq; ad nostram ætatem, imperio
præfuerunt, dilucida simulatq;
succincta

HISTORIA:

AVCTORIBVS PÆTRO MARCELLO,
PATRICIO VENETO, SYLVESTRO
Girello Urbinate, & Heinrico Kellnero, I. V. D. Patri-
cioq; Francofurtenſi, continuata ſerie contexta: adiecta
venusta & artificiosa armorum (vti vocant) ſeu insigni-
um vniuersitatisq; Pictura, & Epitaphijs quorundam, ſin-
gulari ſtudio conquisitis, & e tumulis ſeu marmoribus
ipſorum deſcriptis, vniuersiuslibet ortum, generis
proſapiam, vitam, vitaq; exitum luculen-
ter indicantibus.



Cum Gratia & Privilegio imperiali ad annos decem.

M. D. LXXIII.



ILLVSTRI AC GENE-
ROSO DOMINO, DOMINO LV-
DOVICO, COMITI IN LEONSTEIN,
& Domino in Sharpfeneck/ect. Sacra
Castræ Maiestatis Consiliario, &c. Do-
minos suo clementiss.

HISTORIARVM lectionem co-
gnitionemq; Illustris & Ge-
neroſe Comes, omni homi-
num generi, in primis verò
ijs, qui aut ipsi alij imperat,
aut talibus à consilijs sunt, non solum vti-
lem & iucundam, verum etiā necessariam
esse, neminem puto tam rerum imperitum
qui inficias iturus sit. Cū enī sit Historia
(quemadmodum eam Cicero definit) Te-
stis tempororum, lux veritatis, vita memo-
rię, magistra vitę, nuntia vetustatis, in qua
illustria exempla de magnorū Principum,
Ciuitatum, & aliorum præclarorum viro-
rum rebus gestis nobis expressa sunt, vt ijs
excitati, quantum vnicuique in suo statu
conuenit, ea imitemur: contra verò
scelerata quorundam facta, & iniusta con-
ſilia, nobis ob oculos posita, vt eorum hor-
ribilib. pœnis, quæ eiusmodi facta plerūq;
sequuntur, & iniustorum consiliorum in-
ſolentibus euentibus deterriti, similia nec
faciat.

P R A E F A T I O.

faciamus; nec alijs, vt faciant, authores vel
consultores simus, cum sit, vt ille inquit,
Fælix quem faciunt aliena pericula cautum.

Quis, quæso, sit, qui historias summo stu-
dio legendas negare ausit? Quamuis enim
communia vitæ præcepta, quæ ad beatè ho-
nestè viuendū literis tradita sunt, si quis
benè illis imbuatur, non parum ad vitam
rectè instituendam faciant: tamen, nescio
quo modo, historiarum exempla longè ef-
ficacius animos à scelerib. deterreant, & ad
imitationem rectè factorum accendant.
Hinc fit, vt alicuius, vel multis ab hinc secu-
lis defuncti, res fortiter & præclarè gestas
legentes illum laudibus extollamus, & il-
lius virtuti applaudemus: in alterius autē
vel facinorosa consilia, vel scelerata facta
incidētes, cineres quoq; ipsius execremur,
& posteris eiusdem adhuc viuentibus;
quamuis in hoc innoxijs, non omnino fa-
ueamus. Porro ex omni historicorum ge-
nere eos ego maximè vtiles lectuq; dignos
esse arbitror, quide Constitutionibus Im-
periorum, Regnorum, vel Rerumpublica-
rum scripserunt, ex quorum historijs disci-
mus à minimis quandoq; initijis, singulari
Dei beneficio, summa Imperia, & maximas
Respublicas originem sumpsisse atq; emer-
sisse. Vnica Roma exemplo sit, quæ obscurō
& incerto principio in eam amplitudinem
pau-

P R A E F A T I O.

paulatim excreuit, ut tandem Caput Mundi appellaretur : Viceuersa potentissima Imperia, Monarchias & Republicas in nihilum redactas quis nescit ? Argumēto sint tres priores Mundi Monarchiæ, Assyriorū, Persarum, Græcorum: item Lacedæmoniorum & Carthaginensium Republicæ longè amplissimæ, potentissimæ, & florentissimæ, cum alijs infinitis. Quæ omnia eō conferunt, ut infirmitatis nostræ admoniti manifestam, & iustitiam colamus ; & tam ortū quam exitum omnium cuiuscunq; generis Imperiorum ad solum Deum referamus. Deinde, inter eos quos iam dixi historicos, illos præcipue eligendos existimarem, qui de Imperijs & Rebus publicis nostræ ætati nostrisq; temporibus proximioribus scripsere, cùm nostris moribus ea magis conueniant, & ob propinquitatem temporum in nostris adhuc oculis versari videantur, eoq; plus animos nostros commoueant atque excitent. Huius autem argumenti (nisi fallor) ij etiam sunt, qui Reipubl. Venetæ, iam omnium in Europa citra controuerfiam amplissimæ, potentissimæ, & saluberimis legibus optimè constitutæ, originem & res gestas descripsere. Et ego quidem annis ab hinc circiter vndecim, in Italiam profectus, ut celeberrimos Iureconsultos D. Marcum Mantuam Benauidium, Patri-

P R A E F A T I O.

tiūm Patauinum , cuius egregia in Iure
Ciuali scripta extant , Hieronymum item
Tornielum , subtilissimi ingenij virum,
Decianum , Panzirolum , & alios Patauij
(quævrbs in amplissima Venetorum ter-
restri ditione est) docentes audirem , quo
præter illud commune studiorū commo-
dum , eam quoq; vtilitatem ex eadem Ita-
liam referrem , qua qui alienas Regiones
perlustrant , fruisolent : Roma , Genua , Flo-
rentia , Mediolano , Bononia , Mantua , Cre-
mona , Ferraria , & alijs Italiz ciuitatibus ,
cum Raimundo Pio Fichardo , nunc vtrius-
que Iuris Doctore , amico & compatre
mihi charissimo , atque alijs itineris comi-
tibus , perlustratis , Venetas tandem me
contuli , eo quidem instituto , vt aliquot
ibi hebdomadibus commoraturus singula
obseruatu digna , quantum possem (sunt e-
nim propè infinita) in illa celeberrima ciu-
itate , tanto melius $\alpha\tau\tau\circ\pi\hspace{-0.1cm}\eta$ s inspiceré atq;
conosceré . Ibi verò tantam ego in serenissi-
mo Duce Maiestatem , tantam in Senatori-
bus grauitatem , modestiam , doctrinam ,
cæterorum item Magistratum in tota
Republica administranda integritatem ,
prudentiam & dexteritatem , tum in ob-
seruandis Legibus seueritatem conspexi &
animaduerti , vt minimè sim miratus , hanc
Rempubl. (quod paucis adhuc contigit) à
primo

P R A E F A T I O.

primo ipsius Vrbis exordio, ad nostravsq
tempora, vltra noningentos triginta duos
annos inconcussam in suo statu constitisse,
sub indeq; auctiorē & potētiorem euafisse.
Seditiones autē graues & memorabiles per
paucas (fœliciter tamen omnes sopitas)
qualesverò Roma & alię Respub. cum ma-
gno suo incommodo multoties expertæ
sunt, sensisse nullas. Hæc autē fœlicitas po-
tissimū ob singulare temperamentū mixtæ
cum Aristocratia Monarchiæ quæ eam inco-
lumem & florentem hactenus cōseruauit,
euensis videtur. Quæ sanè res me cōmóuit
vt aliquot rei Venetę Scriptores Latinos &
Italos postea studiosè conquereré &, in Ger-
maniam mecum deferré, eos per otium (vt
quæ vidissem, in animū reuocaré) aliquan-
do lecturus. Inter hos autē fuit quidā Lu-
douicus Domenicus, qui Vitas Ducum Ve-
netorum, ex Latinis Petri Marcelli & Sylue-
stri Girelli scriptis (quæ tamē ego indagare
tunc téporis non potui) Italicè, nec infœli-
citer (meo iuditio) conscripsit. Isto auctore
perfecto, postquam alij seū contulissent,
animaduerti, quæ apud illos diffusè scripta
reperiuntur, ab ipso elegantia modū com-
pendio tractata esse, vt omnium adeò alio-
rum instar ac vice esse possit: & quemad.
Florus T. Liuij, ita hic Historiarum Ve-
netarum Abbreviator merito dici queat.

X 4 Itaq;

PRÆFATIO.

Itaq; recreationis ergo succisiuis horis in
linguam nostram vernaculaam Germani-
cam transferre illum decreui, idq; paucis
etiam diebus propè totum confeci. Hoc
autem cum Sigismundus Feyerabendt, Bi-
bliopola noster, vir industrius, & qui in re
Typographica illustranda multum ope-
ræ & impensæ facit, comperisset, me con-
uenit, factum meum laudat, & quoniam
ipse quoque annis non paucis Venetijs e-
gisset, ibiq; multorum in se benevolentiam
expertus esset, ad editionem valde hor-
tari cœpit: omnem operam, in his quæ ad
illustrandum institutum nostrum facere
possent, pollicitus: præsertim si Ducum ar-
ma quoq; (vt vocant) seu insignia, quæ sin-
gulari studio à me conquisita penes me vi-
derat, ipsi communicarem. Passus sum igi-
tur hoc (à quo alioquin non omnino abhor-
rebam, præsertim quoniam in eo argu-
mento nemo adhuc ex Germanis, quod sci-
am, se nostro idiomate exercuisse) mihi
persuaderi, & opus illud penitus absolu:
aliquot insuper Ducū Epitaphia, quæ ipse
summa diligentia dū Venetijs essem, è mar-
moribus eorum descripsi, addenda puta-
ui, interpretatione Germanica, nonnun-
quam rythmo, interdum prosa, quæ Latini-
num sensum, quantum eius fieri posset,
ferè ad verbū exprimeret, adiuncta, quod
id stu-

PRÆFATIO,

id studioſo Lectori non ingratum fore exiſtimarem. Cumq; ad finem iam liber Germanicus perductus eſſet, Ecce, bono quodam Génio, vir Clarissimus & Iureconsul-
tus prætantissimus, D. Ioannes Fichardus,
Reip. noſtræ Syndicus, & Collega mihi ob-
ſeruandus, propositi noſtri certior factus,
ipſius Petri Marcelli & Slyuestri Girelli, La-
tinos Cōmentarios, diu à me deſideratos,
è quib. Ludouicus Domenicus Principum
vitas trāduxit, è ſua bibliotheca, quā habet
optimis omnis generis Auctorib. inſtuctiſ-
ſimam, nobis communicauit. Quo cog-
nito rurſum Sigismundus noſter, quoni-
am ea exemplaria Latina amplius non fa-
cile reperiri intellexiſſet, inſtare cœpit, vt
reuidere (eſtenim exemplar Venetum in
numeris locis deprauatissimum) & Epita-
phia quoq; , ita vt in Germanico feceram,
ſimul etiam eorum Ducum Vitas, qui poſt
Petrum Landum, (in quo Girelli historia
definebat) ad noſtra vſq; tempora Reipub.
Venetæ præfuerunt, adderem. Quod eſi
inuitus feci, cum non me lateat, quām ſit
periculofum, historiam, viuentium præfer-
tim, deſcribere, tamen quia cætera non ne-
gafsem, nec hīc roganti deeffe potui aut
volui: maximē cum haberem, quem fe-
querer, & cuius autoritate tueri me poſ-
fem, virum magnificum & doctiſſ. Pe-

PRAEFATIO.

trum Iustinianum , Patritium Venetum,
(quē honoris causa nō mino) qui Historiā
Venetam post Bembum ex integro cōscri-
psit , & vsque ad Hieronymi Prioli tempo-
ra prosecutus est. Ut autem nomen meum
titulo etiam inscriberetur, quamuis plae-
raque nostra non essent, ob id concessi, quod
nostro labore & industria longè castigatio-
res nunc prodeant Marcellus & Girellus,
quā antea exierunt : Deinde quod in priori-
bus editionibus Epitaphia nulla reperi-
antur, sed ea nostro studio accesserint : De-
mum etiam, quod posteriorum septē Du-
cum Historia à nobis confecta sit. Etenim
(vt Iustiniani Imperatoris verbis parum
immutatis vtamur) qui non subtiliter fa-
ctum emendat vel supplet, non minus lau-
dabilis est eo qui primus inuenit. Itaque ne-
minem eo nomine mihi succensurum spe-
ro. Quoniam autem, pro recepto more, ali-
quis huic operi ita renouato, & non parua
acceſſione locupletato, quærendus erat Pa-
tronus, omnino constituerameum Incly-
to & Generoso Domino, Domino Ludoui-
co Comiti in Stollberg & Königstein/&c,
fœlicis memoriæ, socero tuo, Domino meo
Clementissimo & obſeruandissimo nun-
cupare: Sed quoniam is (proh dolor) ante
editionem proximis hisce diebus vita fun-
ētus est (cuius animæ Deus Opt. Max. mi-
ſereatur)

PRÆFATIO,

sereatur) neminem reperi, Generose Co-
mes, cui porrò meliore iure hoc Opus de-
dicarem, quàm tibi, nempe vt facultatum,
sic & honorum hæreditati successori, ma-
ximè cùm compertum habeam, te quoque
historiarum lectione vnicè delectari. Ob-
nixè autem rogo, vt Generosa Clementia
tua hunc meum laborem, socero ante de-
stinatum, ipsius nunc loco, benigniter sus-
cipere ac defendere, mētq; ad omnia serui-
tia paratum sua Clementia prosequi non
dedignetur. Vale. Francofurti ad Mœnum
ex Musæo nostro Calend. Septemb. Anno
Salutis nostræ, 1574.

Generosæ clementiæ tuæ

Obseruantiss. atq; studiosiss.

Hehiricus Kellnerus, I. V. D.
& Reipubl. Francofur-
tensis Aduocatus atque
Syndicus.

CLARIS.

P R A E F A T I O.

CLARISSIMO DIVI
MARCI PROCVRATORI VI-
CTORI GRIMANO, HIE-
ronymifilio,

ANDRAEAS ARRIVABENVS. S. P. D.



VI fructus ex historia capia-
tur, GRIMANE Clarissime, ex
eo cognosci potest, quod non
solum voluptatem, quae cer-
tè magna est, ex hoc scriptorū
genere ferunt nostri homines, sed peritiā
rerum plurimarum, sapientiam variam, &
certam viuendi rationem assequuntur.
Nam & si ex Poetarum figmentis etiam, &
alijs Scriptoribus multa colliguntur, quae
nos reddant doctiores? illorum tamen le-
ctione, quoniam scriptis suis, aut quae nun-
quam facta sunt, aut quae ægre, aut quæ nul-
lo modo fieri possunt, exprimunt, non ita
adiuuamur: quæ autem ab historicis res, ut
verè gestæ sunt, narrantur, tanto clariorem
animo lucem afferunt, quanto quæ vera
sunt fictis probantur notiora. Ex omnibus
autem Historicis illi gratissimi videri so-
lent, & iucundissimi, qui nostrorum maio-
rum res gestas perscripserunt: quanquam
enim animi benè à natura informati cu-
iusq; vel alienissimi præclara facinora stu-
dent

PRÆFATIO.

dent imitari , vt melius instituantur , & laudem consequantur : illorum tamen libentius , à quibus nati sumus , duce natura , similes esse volumus . Nos itaq; hac ratio ne ducti , historias Petri Marcelli , Patritij Veneti , viri eloquentis , de Principibus Venetorum , & de rebus ab illis , & à Senatu , dum ipfi Principes reip. præfessent , gestis , que penè interierant , iterū imprimendas curauimus , nec non effecimus , vt quantum in nobis esset , castigatores , quām antea prodirent , id vtile , & iucundum nostris ciuibus existimantes His adiunximus , quæ à Sylvestro Girello , tui studio , de illis Principibus , qui post Marcelli ætatem imperarunt , nup scripta sunt . Hæc omnia hoc tempore sub tuo nomine , Vir Clarissime , edimus , tibiq; consecramus , non vt nomen tuum , quod per se est clarissimum , illustremus , sed vt illius amplitudine operæ nostræ authoritas comparetur , quod etiam iure factum propterea existimo . quod præter reliquorum omnium maiorum tuorum generis nobilitatem , quorum alij in Reip. administratione , alij in Ecclesiæ procuratione , cum optimiantistites , & Cardinales esent , excelluere , auum Antonium Principem habuisti , cuius præclaræ res gestæ aliqua ex parte hoc libro continentur : vt cum ex Principe sis ortus , quæ de Principibus scribun.

PRÆFATI O.

scribuntur, tibi potissimum adjiciantur.
Sed magis etiam me afficiunt insignes ani-
mitui dotes, & virtutes singulares: quas in
procuratorio munere, & in administranda
Repub. semper ostendisti, & quotidie ostendis.
Accipe igitur librum quasi renascen-
tem, testem meæ in te obseruantiaz. eo, quo
a nobis offertur animo, nosq; tuarum vir-
tutum studiofissimos in tuam clien-
telam suscipe, atq; fidem.

Vale.



VENETORVM
DVCVM VITAE ET
RES GESTAE, PETRO MARCELLO
PATRITIO VENE TO, SYLVE
stro Girello Vrbinate, & Heinrico
Kellnero Francofurtense,
auctoribus.

PAVLVTIVS ANAFESTVS,
Dvx PRIMVS.



PAVLVTIVS Anafestus Heraclianus magna
probitatis, non vulgarisq; iusticia vir, primus in
A Heraclia. 6970

VENETORVM DV€VM

Heraclia Venetorum Dux est declaratus, Anno (ut quidam tradunt) ab urbe condita octuagesimo secundo ac ducentesimo. A Christi verò incarnatione, anno nonagesimo septimo supra sexcentesimum, cum ante aper ducentos triginta & amplius annos, Respu. Tribunitia potestate fuisse administrata. Is autem inito Magistratu, iuravit omnia se rectè curaturum, que pro Reipu. & Veneti nominis dignitas Longobar re essent, Qui postea ad Rempu. à bellis tutandam dicum fæ conuersus, cum Luithprando Longobardorum Rege dux. fædus iniuit. Hic etiam Equilinos, vel (ut nonnulli asserunt) Iesulanos, qui per id temporis à Venetis defecerant, non minus auctoritate quam armis ad Imperium retraxit. Sub huius Ducatu, Torcellani splendidißimum fanum diua Virgini erexerunt, in quo Heliodori Altinatis corpus, & complurium Diuorum reliquias locauerunt. Et cum annos viginti, & menses sex, Paulutius Rempu. rectè administrasset, natura concessit.



MAR.

VITAE ET RES GESTAE. 5
MARCELLVS TEGALIANVS,
DUX II.



MARCELLVS Tegalianus Heraclianus, omnium suffragij Princeps in Paulucij demortui locum suffectus est, anno decimo septimo supra septuagesimū. Hunc virū mirabilis pietatis, præstantisq; ingenij fuisse compertum est, nec à bellicis rebus abhorrentem. Verū nulla sibi gerendi belli occasione oblata, eiūq; administratione in pacis conciliacione versata, cùm annos nouem ducasset, è vita discessit.

A 2 VR

e VENETORVM DVCVM
VRSVS YPATVS, DVX III.



726.

VRSVS Ypatius, Princeps creatus est, anno vi-
gesimo sexto, & septingentesimo. Sub huius Duc-
atu, Rauenna vrbs Longobardorum armis oppressa,
Hexarchus urbis Praeful ad Venetorum auxilium
confudit. Gregorio etiam Pontifice adhortante ad
arma pro Hexarcho aduersus insolentissimos Barba-
ros capienda. Veneti Pontifici obtemperantes, vali-
dam classem Rauennam transmittentes, continuò
urbem receperunt, receptamq; Hexarcho restitue-
runt. Circa Gradum etiam res Veneta non omnino
quieue-

quiueâre, Calisto Aquilegiensis Antistite Gradensiū fines infestante, sed paulò post ipsius Calisti iussu, ab omni infestatione cessatum est. Postea verò grauisimae discordiae, & quasi quoddam ciuile bellum non mediocriter statum Reipu. turbauit: idq; ex insolentissimo Duci ingenio aduenisse creditum est. Eius fastum ac superbiam nō vltr à latrū Iesulanī, ad arma concurrerūt. In eos autem vlciscendi studio, Dux superbissimus arma mouit: estq; vtring, vario euentu pugnatum. Demùm multis illatis acceptisq; cladi-bus, Dux ipse à suis popularibus, cùm in eum omnem bellī causam conuerterent, annosui Ducatus vndeclimo, fœdè trucidatus est. Eo mortuo, haud multò post Medoacum migratum est, ciuitatisq; administrande forma mutata est in sex proximos annos, cùm inter ipsa Duce m̄ non creari placuerit, libuitq; in Rep. Nouarei-Magistrum militum constitui, penes quem summa pub. administrum omnium esset, annuūq; esset imperium, pri-mumq; Dominicus Leo omnium suffragio creatus est. Post hunc Felix Cornicula, Cornicula, Theodatus Vrsi Filius succedit ab exilio reuocatus, cui in sequentem quoque annum Imperiū prorogatum fuit. In eius locū Iulianus Ceparius, vel (ut alijs tradunt) Hypatus suffectus est. Quinto anno, Ziano Fabriatio Magistratus est traditus. Is nondum annuo munere functus, à populo excæcatus. Magistratu est abire coactus, sub cuius anno fertur inter Heraclianos, & Iesulanos accerrimè ad excidium usque dimicatum fuisse: eoq; loco pugna commissa, vbi canalis arcus & memorabili strage nomen assumpsit. Eorum vero-

VENETORVM DVCVM

rumq; rebus accisis ex Heraclia, Iesulo, Equilioq; a-
liò concessum est. Militaris autem Magistratus an-
no quinto infeliciter acto, iterum ad Ducatus admi-
strationem ciuitas reuersa est.

THEODATVS HYPATVS. Dux IIII.



THEODATVS Hypatus Vrsi filius in Medo-
censi conuentu omnium consensu Dux declara-
bus est, Anno quadragesimo secundo, & septingente-
simo. Is cum Aistulphe Longobardorum Rege Hera-
clia-

clianos fines ad Plauē fluvium constituit, qui postea ad Brundulū castellum munendū profectus, à Galla insidijs exceptus, tertiodecimo sui Ducatus anno ex caccatur, principatuq; miserabiliter deyicitur, eiusq; locū sibi Galla nefando scelere usurpat, cùm Theodorum affereret affectanda tyrannidis studio, nouā ca stelli munitionē parasse, ob idq; à populo executū.

GALLA, DVX V.



GALLA Dux factus anno quinquagesimo quinto, & septingentesimo, male partum principa-

VENETORVM DVCVM.

cam, cū eo male viceretur, quippe qui profundissima
viorum voragine esset demersus, male amisit. Prius
nonque & ipse oculus, secundo sui Ducatus anno
proximo, in exilium est actus.

DOMINICVS MONEGAREVS.
Dux vi.



756.

DOMINICVS Monegareus in locum Gallae
Dux subrogatus est, Anno quinquagesimo sex-
to, & septingentesimo. Ei ob ferocissimum ingenium
annui Tribuni dati sunt, quorum consilio Resp. ad-
ministra-

ministraretur, ne hominis temeritate aliquid detrimenti ciuitas pateretur. Verum nec ob id insolens natura cohiberi potuit, quin in omne facinus prorumperet. Eius insolentiam, & quasi tyrannidem ciuitas non passa, illum luminibus priuatum, quinto sui Ducatus anno, Ducatu priuauit.

M A V R I T I V S G A L B A I V S,
D U X V I I .



M A V R I T I V S Galbaeus Heraclensis Mon-
764.
garios successit, anno sexagesimo quarto, & sa-
A s ptingen-

VENETORVM DVCVM

principente simo, præstantis ingenij vir, & vita integritate clarus. Hic cum feliciter aliquandiu Rem-publicam administrasset, ingenti hominum fauore obrectam administrationem sibi conciliato, obtinuit, quod ad eum diem alio contigit nemini, ut Ioannem filium sibi collegam in Ducatu cooptaret. Horum temporibus aduersus ipsos duces, Fortunatus Gradenſis Antistes, cum multis coniurauit, quorum consilio patefacto, Fortunatus ad Carolum Imperatorem confugit, apud quem Venetos criminando, ita illum irritauit, ut filio Pipino, qui rebus Italiae præerat, mandauerit bellum Venetis inferendum. Pipinus autem patri obtemperans, in eam Venetiam oram duxit, qua Heraclia, & Equilium continentis proxima fuerat. Territi ad primam belli famam accolæ, diffisiq; loci tenuitate, cum neq; muris, neque natura sat uerti muniti essent, frequenti agmine se in Medoacum, & Riuum maltum receperè. Ioannes autem Dux, haudquaquam paternis artibus Remp. ad ministrans, Mauritium filium cum valida classe aduersus Ioannem Gradensem Antistitem, virum ea tempestate inclite iustitia, misit. Impius filius, impij patris iussa executus, Antistitem ipsum in suam redactum potestatem, ex alta turri præcipitauit. Eius indignam mortem vlturus Fortunatus Tergestinus, qui mox ei subrogatus fuerat, cum primoribus Venetis egit de Principatu Mauritio eiusq; filio abrogando, quise infando parricidio nulla iusta de causa astrinxissent. Sed coniuratione patefacta, cum non nullis eius consilijs conscijs, Taruisium concessit. Et paulè

VITAE ET RES GESTAE. 6

paulo post in Galliā ad Carolū Regem se contulit, cuius suāsu Rex impulsus, fertur Pipino filio, ab Adriano Pontifice Italia Rege appellato, Venetiū bellum demandasse. Mauritius maior (ut ab Onitendo traditur) annos ducavit tres & viginti, cūm Ioannes filius annos nouem Rempub. administravit, totidemq; post patrem solus. Et posteā cooptato Mauritio minore, anno eius collegij septimo, in exilium cum filio abiit.

OBELE RIVS ANTHE NORIVS,

DUX VIII.



OBELE RIVS Anthenorius, siue Anafestus, 8046
cūm Taruisi in exilio esset, absens Dux decla-

ratus

• VENETORVM DVCVM

ratus est, anno quarto & octingentesimo, qui ubi
 Medoacum venit, cum ingenti populi fauore ali-
 quandiu Reip. prafuit, is etiam Beatum fratrem si-
 bi collegam ascivit, qui Constantinopolim ad Ni-
 cephorum nauigauit, ab eoq; amplissimis honoribus
 est acceptus, & insignibus quibusdam imperij or-
 natus. Valentinus interim minor natu, à populo O-
 belerio collegadatur. Nec desunt qui afferant, Obe-
 lerium à Beato fratre Principatu deiectum, ad Co-
 rolem Regem configuisse, eiusq; filia nuptias impe-
 trasse, quoniam patria proditionem Regi esset polli-
 Gallicum citus: eaq; spe Gallum erectum, continuò in Venetos
 bellum. mouisse, omniq; litorali ora, momento temporis
 occupata, Medoacum usque peruenisse, quem locum
 cùm accolis destitutum cognouisset, ratibus tentasse
 in Riuum altum trāycere, eumq; fœda tempestate
 iactatum maxima eius exercitus parte relata, re in-
 fecta, abire coactum. Non nulli autem eam expedi-
 tionem non Caroli, sed Pipini filij fuisse cōtendunt.
 Nec ita multò post, Pipinum iterum quām maximo
 potuit rerum apparatu Venetos adortum fuisse,
 quod cùm Gracia Imperatore, in eum Carolo decer-
 tante, sentire Veneti viderentur, cùm fædere cau-
 tum esset, ut neutrius partis esse deberent. Interim
 verò Obelerio & Beato electis, Valentino eorum fra-
 tre Rempu. ministrante, atrocissimum à Pipino Ve-
 netis illatum est bellum, & cùm omnia ferè obiecta
 classe circa Medoacum, Palestinam, Clodiā occu-
 passeret, terrestribus etiam copijs Insulas continentē
 proximas inuasit, ita ut omnem etiam commed-

tū spem abstulisset. Valentinus Dux & Medoacenses cum liberis & fortunis omnibus, quae in eatrepidatione asportari potuerunt, in Riumaltum abierrunt, eō summum magistratum omnemq; Rēmpu-
 traducentes. Pipinus autem Albiolanis & Medoacen-
 fibus in ditionē acceptis, cūm ad Albiola portū per
 uenisset, cogitaret q; quo cōsilio, quāueratione, quod
 reliquum erat belli conficere posset, vetula cōsilio,
 (vt quidam tradunt) aquis pontem adiungere statuit,
 quo equites in Riumaltum trāycerentur, con-
 statq; ex dolis tenacissimo nexu contextis pontem
 quam longissimum perduxisse. Tunc verò Veneti
 cūm cernerent de sua liberorūq; salute, deq; rerum
 omnium summa dimicandum esse, & si ceßissent, o-
 mnia infensissimo hosti subiicienda, certo cōsilio
 aut pro patria moriendū, aut publicam libertatem
 retinendam statuentes, hosti occurrunt, & obserua-
 to aquarum in altum recursu, expeditissimis nauigis
 insidentes, ventis & aquis secundis in hostem
 appropinquantem ferociter inuehuntur, atrocissi-
 mumq; committitur prāliū, altero cupiditate pra-
 de, & rerum gestarum gloria accenso ferociter di-
 micante, altero verò pro liberis, proxoribus, pro o-
 mnibus fortunis, pro libertate denique ipsa (qua o-
 mnium rerum est charissima) acerrimè repugnan-
 te, qui a pons rūdis atque infirmis, cūm astu maris
 ageretur, insueto hosti trepidationem inferrebat, vt
 vix pedibus consisteret, Veneti contranauigiorum
 celeritatē fretis, à fronte & lateribus, ferociter in-
 cursantibus. Demum ponte aut vi, aut iēpestata so-
 luto

Atrocissi-
 mum præ-
 lium.

VENETORVM DVCVM

Gallorum luto in ipsa pugna, fœdissima est orta cades, hinc fer-
clades. ro, inde aquis mortem intentantibus, Multi cœsi,
plures in mare præcipitati, & vorticibus absorpti
sunt, ita ut ex memorabili clade res ipsa loco nomen
Canalis dederit, vt ex canali flexuoso, Orphanus postea sit
Orpha- nuncupatus. Eoq; euentu à Pipini rabie ciuitas libe-
rata est. Sunt qui scribant, Obelerium & fratrem,
quia malorum omnium causa extitissent, voluntari-
rium sibi exilium consciuisse, Pipinum q; abeunt em-
sequitos fuisse, illum q; post cladem acceptam cum
Veneti pacem iniisse, venisseq; in Riuum altum, be-
nigneq; atque honorifice acceptum fuisse, & de O-
Obelerij belerio in patriam restituendo cum populo egisse, id-
& coniu- q; cum grauare, Veneti præstitissent, Gallo abeunte-
gis cades. Obelerium à populo disceptum, eius q; præcordia à
quibusdam dentibus lacerata, eius quoque cōiunx,
Gallici generis fœmina, cum eo simul casaperhibe-
tur. Sunt q; qui scribant, Obelerio caso, Beatum.
Principatum aliquandiu tenuisse, alijs verò Va-
lentinum natu minorem Reipu. præfuisse, ve-
cunq; res sit horum trium Principatus
annum quintum non ex-
cessit.



ANGE.

VITAE ET RES GESTAE. 8
ANGELVS PARTITIATIVS,
DVX IX.



Angelus Partitiatus, Dux secutus, est anno nono & octuagentesimo, qui primus omniū Ducal's Ducatū in Riualto tenuit. Huic duo anni Tribuni sedes in sunt additi, cum quibus omnia decerneret. Hic Heracliam instaurasse dicitur, quæ à recentiore illa etum tr. disficatione, Ciuitas noua appellata est. Et quia magna mortaliū frequentia Riuum altū ob Gallicū belū se receperat, sexaginta parua insulae, quæ loco proximè adiacebant, pontibus tunc primū inter se iuncta.

Etasunt,decretūq; est, vt ibi summus Magistratus,
 summaq; Reipu. esse deberet. Particiatus autem
 cū duos haberet filios, alterum Iustinianum appelle-
 latum, ad Leonem Gracia Imperatorem misit, à quo
 perbenignè fuit acceptus, honoribusq; non paruis
 ornatus: alterum, cui Ioannes fuit nomen, sibi inter-
 rim collegam instituit, quod ipsum Iustinianus re-
 uersus, ita indignè tulisse fertur, vt ad patris conspe-
 ctum venire pertinaciter recusaret. Angelus autem
 senex, cū filij desiderium diutius ferre non posset,
 Ioanne abdicato, qui iussu populi ab administratio-
 ne recessit, Iustinianum & Angelum ex Iustiniano
 nepote, in collegam sibi in Principatu cooptauit. Io-
 annes Magistratu abire iussus, Cōstantinopolim re le-
 gatur. Sub id tempus sacrum Zachariae corpus, cum
 parte vestium Christi redemptoris nostri, & Diuæ vir-
 гинis, ac dominice crucis lignū, à Leone Imperatore
 Particiatus dono accepit, eaq; omnia in Zacharia
 ade condidit. Eadem tempestate, Seueri & Lauren-
 ty fana, in insulis, quæ tunc Geminæ dicebantur, Par-
 ticiatio auctore conditæ sunt, cuius filius Vrsus, non
 multò post, ad Laurenty fanum virginibus cœnobi-
 um instituit. Sub id quoque tempus ab illustribus
 quibusdam viris, in ipsis duces est conspiratum, Io-
 annes Tanolicus, & Bonus Bragadinus, coniuratio-
 nis principes, capitali sunt supplicio affecti: Moneta-
 riis eius consiliū conscius, vltro in exilium abiit, ab-
 sentis bona in publicum redacta. Huius quoque Prin-
 cipis auspicijs, nonnulli afferunt Vlricum Aquilegi-
 ensem, cum Foroiulianis Primoribus, à Venetiis na-
 uale

VITAE ET RES GESTAE. 9

uali prælio victum. Vlricus enim agreferens Graden
sem Ecclesiam Aquileiensis prælatam: graui bello in
sula Antistitem aggressus est, ad quem presenti bel-
lo leuandum Veneti classem miserunt, paruoq; mo-
mento hostem ad pugnam tractum fuderunt fuga-
runtq;. Ipsum Vlricum cum nobilibus non paucis cœ
perunt, ceteramq; multitudinem fugatam Victor Venetoru
Venetus sequutus, omnem litoralem Carnorum o- victoria.
ram, quam nunc Forum Iulium vocant, ferro igniq;
vastauit. Oppida quoque aliqua in ipso incursu ex-
pugnata. Veneti autem benignitate vti, Vlricum
cum reliquis captiuis incolumes dimiserunt, verū
bi conditionibus, vt singulis annis die victoria por-
cos decem & totidem panis sextarios Venetas mit-
terent, qui t auro adhibito frequenti spectaculo in fo-
ro truncarentur, simulq; etiam castella quædam ta-
bulata ferreis hastis à Principe & Senatu concute-
rentur, qua omnia quasi anni ludi quotannis in
eius victoriae memoriam magnifico apparatu hoc
etiam tempore celebrantur. Hac Partitiarij
tempore domi forisq; gesta, qui octauo
decimo sui regiminis anno vita
functus est.

B IVSTI-



VENETORVM DVCVM
IVSTINIANVS PARTITIATIVS.
DVX X.



827.

IVSTINIANVS Partitiatus defuncto patre so-
lus administrationem Reip. assumpsit, anno vige-
simoseptimo & octingentesimo. Is primo sui Ducatus
tempore Michaëli Constantinopolitano Imperatore
gratificaturus, aduersus Saracenos per id temporis
Europæ Insulas vehementer infestantes aliquot na-
ues bello aptissimas misit, Verum hoste nunquam re-
perto, naues ipse non multo post incolumes redie-
runt. Huius etiam tempore Divi Marci corpus ex A-
lexan-

lexandria Venetias delatum memoratur, eoq; pacto Transla-
 translatum ferunt. Cum Stauratius monachus & tio Diu*s*
 Theodorus presbyter, ambo Graci, qui illic sacris ope*m* Marcij
 rabatur, sacrarium ipsum studiosissime afferuarent, Venetias
 demolitionemq; templi agrè intuerentur, quoniam
 eius gentis Rex in constructione domus preciosos la-
 pides sibi vndiq; conquisitos ex vetustissimis etiam
 templis operibusq; comparari iussisset. Accidit ut illo
 ferè tempore Bonus Medoacensis & Rusticus Torce-
 lanus ventorum vi cum aliquot nauibus contra publicis
 cum edictum Alexandriam delati, opportunè inter-
 uenerint: Ii cum ad locū venissent venerationis stu-
 dio, essent q; destructionis templi causam sciscitati,
 magnis pollicitationibus ministros templi tentare
 cuperunt, ut Diui Marti corpus sibi traderent, fore
 ut amplissimos inde honores & præmia apud Veneti-
 os consequerentur. Aduersari illi primo, quasi pro
 sacrilegio habentes, sacratissimum corpus amouere:
 Verum cum de eare fortius & latius cum illis age-
 retur, diuina fortè prouidentia factum accidit ut illi
 quibus conquirendorum lapidum negotium datum
 erat eò venerint, aliquotq; inde lapides non sine tem-
 pli deformitate, aportarent. Moti tam indigno spe-
 etaculo custodes, Venetis tunc ob id magis instanti-
 bus, corpus sanctissimum vendiderunt, & vt id cautiū
 transferretur, nec alicuius temeritate id patefieret
 (cum apud incolas loci Diui Marti corpus maxima Diui Marti
 in veneratione haberetur) fertur corpus ipsum in spor*m* ci corpus
 tam delatū herbis & suilla carne circuulatū, à qua Venetias
 gens illa ex instituto legis maximè abstinet, atq; ab defertur.

VENETORVM DVCVM

bis qui illud transferebant ad concursus euitandos,
ganZir, quod apud illos porcum significat, vociferatum, eaq_z ratione ad naues incolumes peruenisse, &
tutò preciosissimum furtum perduxisse, Continuoq_z,
exportus soluentes cum gloriofissima præda latos in-
de abyss_e. Et cum altum naues tenuissent, foedissima
q_z orta esset tempesta, fertur, Diuum Marcum cui-
dam Medoacensi manifestè apparuisse, monuisseq_z,
vt vela dimitterent, ne ventorum vi naues actæ, nau-
fragium facerent, eoq_z pacto naues ipsæ seruata, &
corpus ipsum sacratissimum cum maximo omnium
plausu & latitia, Venetias perlatum: illudq_z in sa-
cello, quod in eius aede est, veluti preciosissimum Ve-
neti Imperij pignus, summa cum veneratione repon-
sum. Verum ipfi Iustiniano Principi ea latitiapar-
rum diurna fuit, qui paulo post, cum duos annos
solus Reipu. præfuisset, ex humanis decepit: & testa-
mento mandauit, vt ampliorem Niui Marci adem,
eius impensa sui erigendam curarent, cuius eti-
am legato Zacharia, & Hilarij fana amplif-
sima prouentuum accessione fuerunt
dotata.

IOAN-



VITAE ET RES GESTAE. 11
IOANNES PARTITIATIVS,
DVX XI.



JOANNES Partitiatius Iustiniani frater (quem 828.
ille ex Gracia reuocatuim sibi in collegam asciuerat) Princeps declaratus est, anno vigesimo octauo
& octingentesimo. Huius temporibus cum Haren-
tinis, proxima maria infestantibus, est fædus ini-
tum: sed eo non multò post violato illi aliquot nego-
tiatores Venetos, ex Apulia nauigantes, medio ma-
ri captos, nec auere. Et paulò post nobilium quidam,
Carosio quodam auctore, in Ducem coniurarunt,

B 5 Dux

VENETORVM DVCVM

Carosia-
na coniu-
ratio.

Dux autem subita conspiratione perterritus in Gal-
liam aufugit. Carosius interim Ducatum usurpat.
In eum pessimo exemplo Rempub. occupantem, o-
ptimatum factio congressa est, Eius auctores fuere,
Basilius Transimundus, Ioannes Mauritius, & Do-
minicus Ortianus, hos triginta alijs ex primoribus
secuti, qui Carosij tyrannidem agrè ferentes eum a-
dorti subito impetu capiunt, captum excæcant, &
in exilium agunt. De plerisq; eius factionis conscijs
supplicium sumptum. Ioannes iterum ex Galliare-
uocatus est, cum interim Vrsus Oliuiensis Antistes,
Basilius Transimundus, & Ioannes Mauritius ad-
ministrationi Reip. præfuerint. Nec multo interie-
cto tempore, cum Dux ipse graues inimicitias cum
Mastalitia familia, in Venetis nobilissima, exercuis-
set, ab aduersæ factionis viris, in Diui Petri ade in-
sidijs exceptus, summa dignitatis insignibus exutus
est, barbamq; & capillos deconfus, octauo sub

Ducatus anno Gradum est relegatus,
vbi monastico habitu indutus, re-
liquum vitæ peregit.

PETRVS

VITÆ ET RES GESTÆ. 12
PETRVS TRADONICVS,
DVX XII.



P E T R V S Tradonicus, Ioanne expulso, Dux sub
rogatus est, Anno trigesimo sexto & octingen-
timo. Hic ex Pola oriundus, Ioannem filium sibi in
dolle gam asciuit. Huius temporibus Diuo Paulo ades
large sumptu condita est, Veronensisibus aduersus
Benaci accolas auxilia sunt praefita, quibus accolas
ipsos debellarunt. Cum Saracenis & Mauris per id Valida in
tempus parum prosperè pugnatum est, sexaginta Sarace-
nique triremes instructas aduersus Saracenos nos claf-

836

B 4 Apulia sis.

Digitized by Google

VENETORVM DVCVM.

Apulia fines infestantes, Veneti in Michaelis Imperatoris gratiam, cum Saracenis & Mauris decertant misere: & cum hostes Tarentum & Siciliam eodem ferè tempore inuasissent, auditio Gracæ clas- sis cum Veneta conuentu, Tarento relicto celeri cur- fuse ad Corronis littorareceperunt, eoq; cùm Chri- stiane classes conuenissent, aliquot leuioribus pra- lijs primum commissis, demum advltimam vim pra- lium est vtrinque commissum, & primo impetu fu- gatis Gracis, in Venetos totis Maurorum viribus est concussum, Sed y à Barbaris vndique circumuenti, cùm ferociissimi hostis impetum aliquandiu fortiter sustinuerint, Maurorum multitudine superante, clades à Venetis triremes partim captae, partim submersæ, ad Mauris il vnam omnes periære, ex Venetis plures capti, pluri- mi ferro atq; aquis confecti. Accessit & alia clades, qua ciuitas maxime conflictata est, Barbæ enim tant a victoria elati, in Dalmatiam traxientes, ali- quibus oppidis direptis, Venetas naues merce onu- stas, ex Syria redeuntes, apud Tergestinum sinum intercepere, Venetos q; ad vnum omnes necauere. Huiusmodi aduersis Venetorum rebus Tarentini e- lati, ex Dalmatia Crapulas vsque prætabundi in- cursiones fecerunt. Per hæc tempora Benedictus Pontifex Venetas accessit, vbi cùm honorificè fuisset acceptus, & addiui Zachariæ cœnobium visen- dum accessisset, Agnetis Maurocenæ, loci Antifititis, precibus motus, cum ad urbē reuersus esset, Pacratijs martyris & Sabinæ corpora dono misit, quæ summi- um veneratione templi sacrario fuerunt illata. Per

id est iam tempus ciuitatis discordia non mediocriter laboratum est, sex enim ex primariis familiae in duas factiones inter se in uicem configabant: Hinc Iustiniiani, Bolani, & Baxegi, inde Barbolani, Selij, & Seuoli. Et cum sepius inter se vario euentu media urbe conflixissent, Barbolani cum sua factionis hominibus, ciuitate pulsi sunt. Verum paulo post Ludouico Imperatore, ad quem configerant, instance, rebus inter utramque factionem compositis, in patriam sunt restituti. Hac Tradonici Ducatu domitorisq^z Tradonici gesta. Qui cum ad Zacharie adem, sacrorum hora cedes. venisset, domum rediens, Undecimo sui Ducatus anno, coniuratorum in sediis exceptus, fide trucidatus est. In eius vindictam Triumui*Triumui-*
qui parricidi^y reos sceleris conuictos
alios in Galliam, alios in Graci-
am perpetuo relegâ-
runt.

*rorum
creatio-*

B 5

VRSPS



VENETORVM DV&CVM
VRSVS PARTITIATIVS,
DVX XIII.



364. **V**RSVS Partitiatus, Reip. Triumvirali iudicio pacata, Dux declaratus est Anno sexagesimo quarto, & octingentesimo. Huius temporibus Reip. res satis prospere fuerunt, quamuis à Barbaris non parum fuerint vexata. Saraceni namque, qui ex Alexandria profecti, Cretam insulam occupauerant, in Dalmatiam progressi, omnem maritimam oram depopulantes, infestam redditore, & Gradum obsidere ador: i sunt. In eos Vrsus subito incursu inuectus nauia-

nauibus repente abductis, territos Barbaros auferre coegerit. Non nulli etiam aliam expeditionem apud Tarentum aduersus Saracenos fæliciter factam memorant. Rursusque aduersus Narentanos, aliquot maritima Histria oppida, contra federa, populazione vastantes, prosperè dimicatum. Per id tempus Dorsum durum ceptum est inhabitari, cum ante maritimorum incursionum metu fuisse desertum, Vrsoque auctore, domicilia ibi his constituta sunt, qui ad Ducum ministeria asscripti Excusati Principum dicti sunt. Hoc pacto Repub. prosperè administrata, Vrsus anno sui Ducatus decimo septimo, fæliciter abiit.



IOAN:

VENETORVM DVCVM
IOANNES PARTITIATIVS,
DVX X I I I .



881. **I**OANNES Partitiatus, Vrsi filius, Dux Reipu.
administrationem assumpfit, anno octuagesimo
Primo, supra octingentesimum. Is Badoarium fra-
trem ad Ioannem Pontificem mittere instituit, vt
Camilium Venetis concederet. Marinus autem
Comacly Comes, profectionis ad Pontificem cau-
sam cognoscens, Badoarium in Rauennatum finibus
proficiscentem, insidijs captum vulneratumq; cœ-
pit. Sed data fide de Comacly actione dimittenda,
cum

eum dimisit, qui reuersus, paulò post ex vulnere accepto moritur. Dux autem fratris cædem vlturus, parata classe, Comaclium adoritur, adortum breui negotio vi capit, In eos qui fraternæ cædis conscijs fuēre, hostiliter animaduertit. Conuersus poste à ad Rauennatum fines, quoniam eius consilijs conscijs fuis- sent, igniferroq; vastauit. Ioannes autem cùm graui valetudine correptus esset, Petrum fratrem sibi successorem instituit, verùm cùm præter omnium Veneti spem breui conualuisset, pro collega in Reipu. admistratiōne habuit. Quo paulò post defuncto, Vrsum um capi- natu minorem sibi cooptauit, nec multò interiecto uni. tempore, in grauem morbum incidens, cùm Remp. administrare non posset, se cum Vrso fratre, sexto nondum peracto anno, Magistratu abdica- uit, qui poste à priuatus, aliquan- diu vixit.

PETRVS.



VENETORVM DVCVM
PÉTRVS CANDIANVS,
D V X X V.



887. PETR RVS Candianus Dux subrogatus est anno octuagesimo septimo, & octingentesimo. Huius tempore in Narentanos, veteres hostes, proxima maria depradationibus infestantes, aliquot naues ad eorum incursus comprimendos sunt missae, quae nusquam reperto hoste redierunt. Nec multo post, huius Principis ductu, duodecim longae naues aduersus eosdem hostes constructas sunt, qua circa Dalmatia literata inuentis hostibus, in eos ferociter inuestigata sunt.

nec

Nec hostibus nauibus pugnam detrectantibus, vtrinque magnis animis est concursum. Primo congressu Venet et triremes, nonnullis hostium nauibus oppressis, superiores fuere, Verum cum Barbari, nauigiorum multitudine superantes, acriter instarent, Ducaria triremi cum reliquis circunuenta, Dux ipse, in ipsa pugna fortiter dimicans, occubuit, cum mensibus non amplius quinque Reip. prae fuisse. Eius corpus paulo post Gradum est deportatum, eoque locitu-
 mulatum. Eo occiso, Ioannes Partitiatus, qui se Du-
 catu abdicauerat, populi precibus motus, Reipubo-
 administrationem assumpit, qui se tamdiu
 Principem egit, quo usque Petrus, co-
 gnomento Tribunus, Dux esset
 creatus.



PETRVS

VENETORVM DVCVM
PETRVS TRIBVNVS,
DUX XVI.



238.

PETRVS cognomento Tribunus Dux sequutus
est, Anno octuagimo octauo & octingenteſi-
mo. Huius tempore pyratis, perpetuis hōstibus, loca
vrbi proxima infestantibus, Tribunus murum ad
Urbis defensionem, à Cäſtelli riuo vsqz, ad Iubani-
cam Virginis adem, erigendum curauit, catenamqz
ab ipso muro ad Georgij fanum, ad subitos hōstium
incursus euitandos, est producta. Huius quoqz tem-
peſtare aliis nouus terror ciuitatem inuasit, Hun-
ni,

ni, gens Scythica, Italiam tumultuosè adorti sunt, Hunni I-
ea immanitate viri, vt etiam humanis carnibus ve- taliam in-
scerentur. Ii cùm in Italia multas expeditiones fe- uadunt.
cissent, plurimaq; loca expugnassent diripuissentq;
rerum gestarum successu elati, Carnorum finibus
igni ferroq; deuastatis, Taruisium occupant. Deinde
ad Venetas opes euertendas conuersi, lembis qui-
busdam, ad trayciendas copias comparatis, Ciuita-
tem nouam, que primùm Heraclia dicebatur, ador- Hunni
ti sunt, eamq; primo impetu captam, incendio absu- Heracli-
munt, Aequilium postea Iesulumq;, pari cæde diri- am com-
piunt. Prosperarū deinde rerū cursum secuti, Clodi- burunt.
am & Caput aggeris occupat, & incendunt, demum
ad Venetam oppugnationem magnis virib. se accin-
gunt. Veneti contrà, cùm sibi pro vita dimicandum
existimarent, quando, si victi essent, nulla salus ab
impijs Barbaris sperari posset, magnis animis ad li-
bertatem, vel potius vitam propriam defendendam,
occurrunt. Interim Barbari Riuum altum versus mo-
uerunt, quibus Veneti in expeditissimas naues fero-
citer obiciuntur, atrocissimumq; primo impetu
committitur prælium, & cùm varij fuissent hosti-
um conatus, qui multitudine freti, pluribus in locis
erumpere adorti erant, Venetiis contrà omnibus lo-
cis impigre eorum impetum sustinentibus, per ali-
quot dies dubio Marte, neutro inclinante victoria,
vtrinque pugnatum est: Demum obstinatis animis
totis viribus ad ultimum conatum progressum est,
Hic Barbari fessi cedere cæperunt, in fugamq; con- Inclita de-
uersi, soluta obsidione abeuntes, gloriosam victoriā Hunnis

VENETORVM DVCVM

Venetis dimiserunt. Qui poste à Berengario aliquot muneribus captis, ex Italia recesserunt. Sicq; Repub. domi forisq; fæciter gesta Tribunus Anno sui Ducatus vnde uigesimo, ex humanis decepit.

VRSVS BADOARIVS, DUX XVII.



909. **V**RSVS Badoarius Dux suspectus est, Vir pie-
tate & innocentia clarus, Anno nono supra
noningentesimum. Huius filius ad Gracia Impera-
torem BiZantium missus, & ab eo Protospatarius
factus, multisq; muneribus ornatus, cum Venetias
redi-

rediret, à quodam Dalmatia Regulo interceptus, et
in omnibusq; muneribus exutus, in Missiam relegatus
est. Vrsus autem Anno sui regiminis vndeclimo se Ma-
gistratu abdicauit, monasticamq; vitam secutus, in
Diui Felicis Cœnobio, reliquum vita peregit.

PETRVS CANDIANVS,
Dux xviii.



PETRVS CANDIANUS Dux, Vrsi abdicationem
fecitus est. Fuit hic Petri Candiani Ducis filius,
qui in Dalmatico bello maritimo dimicans occubuit.
Huius temporibus, mulieres multe ad celebrandas
nuptias proficiscentes, apud diui Petri adem.

C a qui

920.

VENETORVM DVCVM

qui Castelli dicitur, cum precioso ornatu vestium
& gemmarum, ab Histris, tunc Venetorum hostib.
raptæ dicuntur, quæ paulò post ab ipso Duce, tumultuaria manu contra acta, apud Crapulanas paludes, hostibus captis, cum omni præda fuerunt redemptæ, hostesq; ad vnum occisi, eorumq; corpora in aqua submersa. In cuius victoria memoriam, annui Venetoru*m* ludi quotannis celebrati sunt: qui Mariarum dice de Histris bantur. Qui mos à Ligastico bello citra, Rep. curis victoria. maioribus occupata, evanuit. Illud tamen ad hac usque tempora mansit, quod in die Purificationis Virginis, Princeps cum frequenti Senatu ad eadem Diuina Maria Formosa visendam quotannis accedit. Quidam autem eam apud Crapulas pugnam non Petri Candiani, sed Baduarij temporibus fuisse contendunt. Huius quoque temporibus, aduersus Comacinos prospere pugnatum, Comaciumq; expugnatum. Per id etiam temporis Iustinopolitani in Venetorum ditionem venisse dicuntur, pactumq; cum his, ut tributi nomine, centum vini amphoras quotannis Veneti asmitterent, idq; in ultionem raptorum anteà mulierum illis impositum. Hec Petri Candiani temporibus gesta, qui anno sui Ducatus septimo, occubuit.

PETRVS

VITAE ET RES GESTAE. 19
Petrus Badoarius,
Dux xix.




Petrus Badoarius, qui ex Gracia rediens in
Illyrico captus fuerat, Ducatum adeptus est,
Anno trigesimo nono & noningentesimo. Sunt qui
huius temporibus Histros ad Crapulas victos, virgi-
nesque recuperatas, tradant, nec aliud memo-
ria dignum illius temporibus ascribi-
tur, cum duos tantum annos Rei-
pub. præfuisse.

939.

C 3 CAN-

Digitized by Google

VENETORVM DVCVM
CANDIANVS, DVX XX.



¶
CANDIANVS Petri filius successionem Du-
catus obtinuit Anno quadragesimo primo. Et
noningentesimo. Huic à patre in collegam coopta-
so, ob insolens ingenium, abrogatum fuerat imperi-
um. Verùm annis mutata viuendi ratione, cum se-
mitiore reddidisset, magno populi favore, ad fastigi-
um amissa dignatis, est restitutus. Huius temporis
bus, Narentini ita proxima maria latrocinijs infe-
stabant, ut Venetares parum ab obsidione abesse vi-
derentur, aduersus hos tres. Et triginta naues, que
à for-

à forma Gombaria appellata sunt, constructæ fuere,
 quib. Vrsus Baduarius & Petrus Vrseolus cū imperio
 præfuerunt. Huius rei fama territi hostes, per lega-
 tos pacem implorarunt, qua eis ea conditione data
 est, vt omnia que ad illam diem depredati fuissent,
 persoluerent. Sub id temporis fœdus cum Aquilegi-
 ensi Antistite renouatum est. Interim Candianus
 Petrum filium sibi in collegam assumpit. Is non
 multo post in tantam insolentiam profectus est, vt
 patris, viri optimi, consilium aspernatus aliquot fa-
 cinorosos ad apertam in ciuitatem seditionem con-
 citauerit, Pater autem senex, cū omnibus ferè pa-
 tribus, nefandis temerarij filij consilijs aduersaba-
 tur, parumq; absuit, quin media vrbe inter ciues
 conflictatum fuerit. Verum Candiani auctoritas
 multitudinem accensam, & se ad pugnam accin-
 gentem, sedauit. Petro filio abrogatum imperium, Petri Cā.
 eiq; exilium indictum, omni clero & primoribus iu-
 diani exi-
 reirando astrictis, se nunquam illum seditionis, in
 lium.
 cum Principatum, à quo iure fuisset expulsus, resti-
 tu passuros. Ille ad Guidonem Berengarioj filium Ra-
 uennam accessit: à Berengarioq; naues sex, quibus
 Venetos hostiliter insectaretur, impetravit, quibus
 comparatis, temerarius iuuenis, aliquot Venetas na-
 ues apud Rauenna littora oppressit, quod facinus
 ita agrè pater tulisse dicitur, vt præmōre
 nimio, paulò post è vita discesserit, cùm
 annos vndecim Reipu. pre-
 fuisset.

VENETORVM DVCVM
PETRVS CANDIANVS,
DVX XXI.



952. PETRVS Candianus, contra cleri & prima-
rum iusurandum, ab exilio reuocatus, patri sub-
rogatus est. Verum ciuitas spreti iuramenti, & Pe-
trus sua in patrem & patriam temeritatis, merit as
pœnas dederunt, altera publico incendio & Ducis
tyrannide, alter vero propria & infantis filij nece
fœdissima. Petrus autem cum in Ducatu esset, Ioan-
nam coniugem, quoniam anus esset, repudiauit, ex
eaq; filium sacris initiatum, ablegauit, quod puer o
bene-

beneuerit, cùm poste à Gradenis Ecclesiae Antistes factus esset. Electa coniuge, Petrus Gualderam Guidonis filiam sibi in uxorem adiunxit: à qua cùm predia, opes, preciosamq; supellectilem accepisset, tantus fortunus elatus, ferox ingenium & prauam natum, quam eò usque celauerat, diutius cohibere non potuit. Iam verò Ducatum in manifestam tyrannidem exercebat, superbia & minarum plenus, per fas & nefas omnia pro arbitrio agebat, ita ut populo, omnibusq; formidabilis esset. Parato exercitu, Opteriginos, quoniam non parua prædia, ad uxorem spectantia, ab eis occupari causaretur, adortus est, eorumq; finibus ferro igniq; vastatis, oppidum ipsum expugnat, incenditq;. Huius autem tyrannidem populus cùm diutius ferre non posset, eum inuadere adortus est, ut libertatem patriæ vindicaret. Ille autem in Ducario, valido praefidio firmato, aliquandiu Ducariū se tutatus est. Quod cùm populus prospexit, in comburi ipsas Ducarij ades secundo ventorum flatu, ignem tur. iniiciunt, quo breui non solum ades ipsæ, sed etiam Diui Marci fanum, conflagrare ceperunt. Candianus autem cùm se ex omni parte circumuentum videret, sibiq; omnino moriendum, si non cessisset, animaduenteret, paruum filium complexus, in secreto quadam adis parte, quæ nondum conflagraverat, se ad fugam parabat, Verum cùm omnes aditus armatis circumcessos vidisset, nullaq; salutis spes superesset, ad preces conuersus, obsecrare cœpit, ut tantisper manus à cæde abstinerent, quousque à furore paululum abessent, vel si in eum sauire omnino in animo

VENETORVM DVCVM

nimo esset, saltēm infantēm filium, qui per etatēm,
adhuc peccare non potuisset, seruatum vellent. In
cassum eius preces fuerunt, quin ab omnibus fere cla-
matum, impium tyrannum, qui tot mala perpetrā-
set, è Repu. esse tollendum. Momentoq; temporis,
multis confessis vulneribus, cum infante filio, fœde-
trucidatus est. Eorum cadasera populi iussu ad
Macellum projecta, canibusq; lanianda reli-
cta, que postea à Ioanne Gradonico sub-
tracta, in Diui Hilarij ade ho-
norificè sepulta
fuere.

Candia-
nus Dux
obtrunca-
tur.



PETRVS.

VITAE ET RES GESTAE. 22
PETRVS VRSEOLVS.
DUX XXII.



P E T R V S. Vrseolus Dux, in Diui Petri aede sum-
mopopuli consensu omniumq; suffragijs, decla-
ratus est, vir probitate & innocentia clarus., Anno
septuagesimo sexto & noningentesimo. Qui aliquen
diu Magistratum assumerere cœlusuit, Verum populi
precibus fatigatus, ne Rempu. ea temporum nouita-
te desereret, charitate patriæ motus , agrè admini-
strationem assumpit, & quamprimum omnes iura-
mento astrinxit, neminem passuros res nouas aus
seditionem aliquam aduersus supremā dignitatē,
nec

976.

VENETORVM DVCVM

nec aliquid quod non è Repub. esset, moliri. Qui poste à, cùm se in priuat as ades contulisset, ad Ducari- um instaurandum animum adiecit, quod aliquanto maiore apparatu, quàm ante à fuisset, priuatis sumptibus erexit, & in fanum Diui Marci reparatum eiusdem Euangelistæ corpus, ab igne seruatum, re- Venetorū portandum curauit. Sub huius tempus Saraceni Ita de Sarace liam adorti, Capua occupata, Barum, Appulie vr- nis victo- bem, terra mariq, obsederunt. Barenibus tritici in- ria.

opia ad vltimum laborantibus, Vrseolus comparata classe, commeatu prabito, auxilio fuit. Verūm cùm ob id ab obsidione Saraceni non desisterent, Vrseoli ductu, ex Gracia auxiliari manu classe aucta, mari- timo pralio est cum hoste conflictum, quo, barbaris fusis & fugatis, & maioriq, ex parte occisis, inclytā victoriā Veneti pepererunt. Petrus autem cùm vni- cum filium ex Fœlicita vxore habuisset, perpetuam castitatem cum coniuge ipsa Deo voulit. Interim ea integritate Principatum gesit, vt ad id vnum as- sumpsisse appareret, vt quàm maximè Rei. prodeisset. Sed pacatum illius regiminis statum, pauci facino- rosi illius Candiani ministri & auctores, nō medio- criter perturbarunt: Horum hortatu Vitalis, Gra- denfis Antistes, qui sub religionis specie à patre fue- rat ablegatus, ad Othonem Secundum profectus, multa de infanda genitoris nece conquestus, eum Veneto nomini non parum infestum reddidit. Acci- dit interim, vt Guarius quidam, Equitanus genere, ad visendum Diui Marci corpus appulerit, Is ab Vr- seolo, quoniam diuinarum rerum studiosus esset, ho- spitaliter

spitaliter acceptus est , & cum eo de religione non
pauc a loquutus, eò hominem , ad id pér se anniten-
tem, perduxit, vt de Principatus renunciatione con-
stituerit. Interim ad pientissima quaq, opera ani-
mum adyciens, pauperum inopiam miro studio sub-
leuabat. Condidit ad hæc pium diuersorium, quod
propè Diui Marci ædem hodie quoq, inuisitur, colle-
gia etiam, clerum, religionemq, omnem, mira cha-
ritate protexit , Vitalem Antistitem, eiusq, factio-
nis auctores, res nouas quotidie molientem, mirabi-
li patientia sustinuit, eorumq, conatibus aduersatus
est. In hæc igitur opera per annum in recta Ducatus
administratione versatus , nocte, ignoto habitu, ex
vrbe , omnibus etiam necessarijs eius profectionis
ignaris, digressus, peregrè profectus est. Qui proce-
dente tempore, ita religiosè & sanctè vixisse di-
citur, vt post mortem, in Aquitania , vbi vlti-
mum vita diem peregit , multis , vt à
quibusdam traditur, miraculis
claruerit.



VENETORVM DVCVM
VITALIS CANDIANVS,
DUX XXIII.



9780. **V**ITALIS Candianus, Petri filius, Dux declaratus est, Anno septuagimo octavo & non in gente simo. Eius opera Vitalis, Gradensis Antistes, ab exilio in patriam reuocatus, & paulò post cum publicis legatis ad Othonem missus est, qui ob Petri Candiani necem, Venetis erat infensus. Eorum legatione Otho mitior factus, & ad pristinum cum Venetis amorem reuocatus, est idq; potissimum in Vitalis Antistitis gratiam, qui cœsi Ducis filius fuerat, impe-

imperatum, fædusq; cum Orthone renouatum est;
 Et paulo post, anno vno vix exacto, cum in grauem
 morbum Vitalis incidisset, ne Respub. aliquid detri-
 menti acciperet, se Magistratu abdicauit, monasti-
 camq; vitam sequutus, in Diui Hilarij Cœnobio,
 quod reliquum vita superfuit, delatus egit, ubi ex vi-
 ta discessit, edq; loci sepultus est.

TRIBVNVS MEMVS;

DUX XXIIII.



TRIBVNVS Memus, Dux secutus est. Hic
 vit singularis solertia, & magna taciturnita-

980

28

VENETORVM DVCVM

tis fuisse dicitur, cuius Ducatus parum fæliciter gestus, in magnis perturbationibus versatus est. Nam in eum & à ciuibus est conspiratum, & Mauroceni. Colopriniq; ex primarijs, familie inter se concertantes, huius tempore sapenumero confixerunt, ad idq; processum, vt Coloprini Maurocenam domum, nec infantibus quidem parcendo, usque ad interitum insectarentur. Mauroceni, quoniam non ita muniti essent, per urbem apud amicos pro tempore latebant. Accidit autem, vt Dominicum Maurocenum per occasionem in Oliuensi foro inuentum, Caloprini crudeliter iugulauerint, qua cæde perpetra ta, veriti ne auctore Duce, ciuitas in eos grauiter animaduerteret, Stephanum factionis Caloprini caput sequuti, ad Orbonem II. tunc Verona existentem, configiunt, eiq; in Duci, & Maurocenorum inuidiam, Venetum Imperium pollicentes, Othonē ipsum ad eam rem animum adjicere compulorunt.

Qui primum Venetos fametentare adortus, edicto Othonis proposito per vniuersam Italiam Venetorum commercio interdixit, eosq; ab omnibus Imperij urbis in Vene bus ablegauit. Ea denunciatione ita interclusi, comatos. meatus ex omni ferè parte defuerunt, vt breui ad ultimum malum, intolerabilemq; inediā, Veneti fuerint redacti. Verū hi malum, quod instabat, metumq; dissimulantes, omnia extrema ad libertatem conseruandam passuri videbantur. Omnibus circa populis in maxima inedia constitutis, Caputaggeris à Venetis defecit, ipsis defectio nis auctoribus, vt alios ad defectionem traherent, ab Othonē non-

nonnulla Lauredanorū prædia concessa. Sicut cùm in huiusmodi rerum difficultatibus ciuitas constituta esset, publico decreto Caloprina domus dirutas sunt, soloḡ, equata, uxores ac liberi custodijs traditi, reliqua bona in publicum redacta. Otbo interim cùm neque apertum bellum Venetis inferret, neque pacem redderet, Romam profectus, ibi in febrem incidens, paulò post excessit, atque ita ciuitas eius morte graui periculo liberata est. Eo defuncto Atletha eius coniunx cum Venetis egit, ut Stephanus Caloprinus cum reliquis ab exilio reuocaretur, quod cùm imperasset, essent q̄ illi in patriam restituti, quatuor ex Maurocenorum familia, præterita iniuria memores, tres Caloprinos, Stephani filios, ex Ducario redeuntes, adorti fœdè trucidarunt. Eius cedis patran de non parum Dux in suspicionem venit, qui se ad populum, ad calumniam leuandam, pro concione purgauit. Huius temporibus Ioanni Mauroceno, quā Vrsum in Aquitaniam securus fuerat, in patriam reuerso, Georgij ades, Duce auctore, tradita est, vbi Cœnobium condidit, quod Benedicti Abbatis dogma sequeretur, cùm antea locus ille ad Ducarium pertineret. His operibus peractis Tribunus, cùm in grauem morbum incidisset, sponte, vel (ut quidam tradunt) à populo coactus, quoniam in ciuilibus discordijs se parum aequum præbuisset, anno sui Ducatus quarto decimo, se Magistratu abdicauit, & monasticam vitam professus non multo post diem suum obiit.

D PETRVS

VENETORVM DVCVM
PETRVS VRSEOLVS,
DUX XXV.



291.

PETRVS Urseolus Dux, à populo subrogatus est
Anno nonagesimo primo & noningentesimo.
Huius administratione res Veneta domis forisque pro-
spera fuere, Respugque, mirum in modum aucta, pri-
mum à Basilio, & Alexio, qui per id temporis Gra-
cia imperitabant, impetratum, vt in eorum impe-
rio Veneti negotiatores à vectigalibus immunes es-
sent. Inde Urseolus Aegyptios & Syrios, per legatos,
Venetis amicos reddidit, simulque, Italiae principes
muneribus & officijs sibi conciliauit. Narentanos
proxima

proximalittora, & Iadrensum fines, populationibus
 infestantes, valida classe in eos ducta, ad sanitatem &
 paenitentiam venire coegerit, quibus pax demum his
 conditionibus reddit a est, ut quantacunq; damna in-
 tulissent ad integrum persoluerent, neque quis eorum
 pyraticam exerceret. Classe deinde profectus Vrseolus,
 sub Hermagorae vexillo à Gradensi Antistite accepto
 viaeversa Dalmatia ora excurrit, huiusq; auspiciis Pa. Parentinis
 rentium primum in Venetorum fidem concessit, Pol Venetum
 laetiam se in ditionem Reip. contulit, multaq; alia Imperium
 Histriae & Dalmatiae ciuitates ad Venetorum impe- accipiunt
 rium confluxerunt. Iadera etiam, qua iam ante a in
 Venetorum patrocinio erat, ipsius dominio se astrin-
 xit. Sub huius etiam appulsum Belgradenses & Tra-
 gurini, per legatos, se imperio subiecerunt, iureuran-
 do astricti sunt, se perpetuo in fide mansuros. Spala- Histri &
 cum etiam, vrbs e tempore opulenta, in Venetorum Dalmatiae
 fidem concessit; Corcira nigra, que nunc Cursula ap in Veneto
 pellatur, quoniam imperium recusaret; ab Vrseolo rum fidem
 expugnata. Lesina autem, natura & opere munitissima,
 Narentanorum latronum domiciliu, Veneto-
 rum iuribus resistere conata, vi capta, Ducisq; iussu
 euersa, inermibus tantum ignotum. Ad quem terro-
 rem commoti Ragusini, per legatos ditionem fece-
 runt. Dux purgato latrocinij mari, omni maritima
 Histria Dalmatiaeq; ora in ditionem Venetorum re-
 dacta, Venetas rediit; Vrbemq; ob inclitam victori-
 am exultantem, quasi ouans ingressus est. Tunc
 decretum est, ut Princeps non Venetiarum so-
 lum, sed Dalmatiae etiam cum reliquis Ducibus

VENETORVM DVCVM

Nouus
principis
titulus.

vocaretur, In singulas prouinciae urbes noui Magistratus sunt misi. Vrseolus poste à filium puerum ad Orthoñem Veronam misit, qui Chrismati sacramento ab eo accepto, Otho dictus est, multaq; & amplio ab eo immunitates impetratae. Otho autem paulò post voti soluendi causa, ignoto habitu, Venetias ve nit, in Diui Seruuli cœnobio cum quinque tantum domesticis hospitatibus, ad eum visendum nocte clavis sapientis Princeps accessit, qui poste à multis munerebus à Duce donatus Rauennam concessit, cùm premiūm gratitudine vsus aureum pallium Venetis perpetuo concessisset. Principi demum, ob preclaras in Rempub. gestas, publico consensu permisum, vt Ioan nem filium sibi in collegam assumeret, qui paulò post ex Gracia ab Imperatore Constantinopolitano cum coniuge & fratre Othonে reuersus, & multis muneribus ornatus, moritur. His domis forisq; gestis, cùm duos de viginti annos feliciter Remp. administrasset, Vrseolus vitam cum morte com mutauit, eiusq; corpus in Diui Zacharia Sacrario situm est.

OTHO



O T H O Vrseolus, Petri filius, magno populi
consensu, patri subrogatus est, Anno nono &
millesimo, magna probitatis, raraq; indolis iuuenis,
& verè Patrii auiq; viri optimi similis, qui Rempub.
non minore integritate & prudentia, quam ab o-
mnibus existimabatur, gubernare cuperat. Eius vir-
tutibus captus Getia Pannonia Rex ei filiam nuptiis
collocavit. Hic Adrienses circa Lauretum Venetos
fines infestantes graui prælio vicit, quibus his condé

D 3 tioni-

VENETORVM DVCVM

Adrienses tioneibus pax data est, ut ablatas res Lauretanis ad-
vincun- integrum restituerent. Hic Murcimurum, Croatia
fur. Regulum, contra foedera Iadrensum fines crebris in-
cursionibus vastantem, fudit fugauitq; qui postea omni-
m Dalmatia & Histria oram, que patris du-
etu in Venetorum fidem concesserat, classe circum-
uectus, quasi provincia statum recognitus, perlu-
strauit, ciuib; nouo iuramento adactis, se in Vene-
torum fide, in quam semel venissent, perpetuo man-
furos, nec quemquam aduersus Imperium Venetum
res nouas moliri passuros. His ex sententia peractis,
cum ex Dalmatia reuersus esset, Princeps optimus à
Dominico Flabanico turpi coniuratione incautus
exceptus & abrasa barba, anno quindecimo,
ex quo solus Reipu. prefuit, in Graciam rele-
gatus est, vbi non multo post diem
suum obiit.



PETRUS

VITAE ET RES. GESTAE. 28
PETRVS CENTRANICVS,
Dvx xxvii.



PETRVS Centranicus, sive Barbolanus, Duca-¹⁰²⁴
tus dignitatem adeptus est Anno vigesimo quar-
to & millesimo, Rep. tunc domi & foris parum pa-
cata, tum ex infanda in optimum ducem coniura-
tione, eiusque immerito exilio, tum ex bellis quae foris
instabant, quibus non paruis conatibus erat resisten-
dum. Is primum ciuitatis statum, sedatis coniura-
tionib. ad pristinam concordiam reuocare conatus
est, cum interim Pepo Aquileiensis Gradum Vene-
torum praesidio munitum (ob Vrsi Praefulsi Othonis

D 4 pulf

• VENETORVM DVCVM

pulsi fratris absentiam, qui aduersæ factionis insidiæ metuens, loco cœssar at subito impetu inuasus Castellum occupat. Aliqui tradunt, Vrsi nomine Castellum expugnatum, cum à Venetis teneretur, verum illud constat, Conradum Imperatorem à Pepone impulsum, per id temporis grauiter Venetis infestum fuisse, eisq; non parum fuisse aduersum. Rep. autem in hoc statu constituta, Centranicus, cum annos quatuor Remp. administrasset, Vrsi Grandensis (ut dicitur) consilio à populo captus, ademptaq; ei barba, monasticoq; habitu indutus, in exilium missus est. Eo pulso, Vrso populi iussu Reipub. administratio permissa est, donec Otho eius frater, ad quem accer- fendum legati missierant, in patriam reuersus esset. Verum eum paulo antequam eò legati appulissent, Centrani mortuum conpererunt, quod ciuitati benemerenti cus princi quasi diuinitus accidisse creditum est, veluti indi- patus eyci gnat tantum virum recipere, quem optimè de Repu- blic. meritum cum patre viro optimo tam indignè in exi lium egisset, cuius morte audit a Vrsus frater se Ma- gistratu abdicavit, quo absente Dominicus Vrselius, qui Othoni affinitate arctissima iunctus erat, temerè Ducatum occupauit, verum ea felicitas eipsum diuturna fuit à populo namque sua libertatis non immemore, postridie quam Magistratum inuaserat, expulsus salutem sibi fuga quæsivit, Rauenneq; voluntarium sibi exilium assumpit, ybi paulo post obiit.

DOMI-

VITAE ET RES GESTAE. 29
DOMINICVS FLABANICVS,
DVX XXVIII.



DOMINICVS Flabanicus, populi suffragio 10340
Dux creatus est. Hic Othonis expellendi auctor
fuit, ob idque, Vrso Gradensi Rempu. administrante ci-
uitate excesserat, qui paulo post, iubente populo, re-
vocatus est. Administratione igitur Reip. assumpta,
ad populum tulit vt Vrseola familia, tanquam per-
niciosa & quieti ciuitatis infensa, vrbe ejaceretur,
ejque, publico decreto Ducatu, Magistratibus, omni
denique dignitate interdictum esset, idque, ingrata

Dicitus mul-

VENETORVM DVGV M

multitudo veterum in se eius familia meritorum ob-
litia, facile decreuit. Eo etiam Duce auctore mos col-
lega in Ducatu cooptandi è Repu. sublatus est. Hec
eius decennio, ex quo Reipu. pafui, domi forisq; ge-
sta, Quis senio consecutus natura concepit.

DOMINICVS CONTARENVS, DVX XXIX.



DOMINICVS Contarenus Dux suffectus
est, anno quadragesimo quarto & millesimo,
Huius tempore cum Iadrenses ad Croatorum Re-
gulum, aut (ut nonnulli afferunt) ad Pannonia Re-
gem,

gem, à Venetis defecissent, Dux ingenti vi nauium comparata, in Dalmatiā transmisit, Iaderamq; ob-sidero adortus, Demum tormentis adhibitis, expugnat, cuius rei fama reliqua Dalmatia urbes, que ad defectionem spectabant, in fide manserunt. Pepo A-quileiensis etiam sub id tempus circa Gradum o-mnia infestans demum locum ipsum vi oppugnat, captamq; urbem maiore quam ante afficit clade. Veneti eam iniuriam vlturi ad Pontificem primū legatos miserunt, de Peponis iniuria questi: Ponti-fex illum ab iniuria abstinere, & omniareddere iuf-fit: Quare motus Pepo, veritus ne si obstitisset Vene-ti eam iniuriam armis vindicarent, Pontifici pa-rens, omnia restituit. Sub id tempus fertur Benedi-ctum Pontificem Venetias accessisse, vt Diuī Marcū corpus inuiseret, Priuilegiaq; multa & ampla, tum ipse templo, tum alijs plerisque Diuorum edibus, con-cessisse traditur. Etiam ea tempestate Rubertū Gui-scardum natione Normānum, virum in Italiā tunc potentem, pluribus pratijs Appulia cum Venetis dimicasse. Hac Contarenī temporibus gesta: Qui sexto & vigesimo sui Ducatus an-no è vita discessit.

DOMII.

VENETORVM DVCVM
DOMINICVS SILVIUS,
Dv-x-xxx.



1058. **D**O MINIC VS Silvius à populo Dux declaratus est. Huius Principis ductu fertur Norma de Norma nos ex Dalmatiae finibus expulsos, simul etiam (in quis victo- Nicephori gratiam) Venetos classem in Normanos rixam comparasse; & apud Dirachium, ab illis obseßum, accerrimè pugnatum, demùm soluta hostium classe nauibus partim captis partim submersis aut fugatis inclytam victoriam adeptam, que Veneto nomini- ni haud parum constitit, siquidem hostes reparata classe

classe paulò post Dirachium in potestatem suam re-degerunt, eodemq; fermè loco, sed longè diuerso exi-tu, pugnatum, victi q; Veneti ingentem cladem acce-perunt, ut ex magna & numerosa classe, multis in medijs aquis submersis, pluribus occisis, plurimis captis, pauci euaserint. Qua ex reDucem in patriam Venetorū redeuntem, anno ex quo Reipu. præfuit tertio deci-mo, populus dignitate priuauit. Aliqui non tantam cladem acceptam asserunt, sed vtrinqne cruenta a-ctie dimicatum, & demum Normanis superantibus, Venerum fugientem littus tenuisse, nec Ducem ad-ministratiōne priuatum, sed tertio & vigesimo Dicatus anno diem obijſſe, honorificèq; in Diui Marci templo se-pultum.



VITA-

VENETORVM DVCVM
VITALIS FALERIVS,
Dvx xxxi.



1072. **V**ITALIS Falerius, Princeps sequitus est. Is

Magistratum adeptus quamprimum missis ad Alexium Imperatorem Constantinopolim legatis Dalmatia obtinuit ut Dalmatia & Croatia Imperium à latro & Croatum manibus extortum Veneto nomini perpetuo Vene- concederet, eaq[ue] loca Veneti legitime possiderent, sis con- Legati ad hoc missi, Dominicus Dandulus, Andreas cessa. Michaël, Iacobus Aurius fuere, quibus omnia haud grauatae impetratae. Per hec tempora Henricus Italia Imperator ex Taruifio Venetas accessit, ad Duci

Marcus

Marcis sacrarium visendum, nam paulò ante miracula
so dicitur altero ex humo aut muro erecto brachio
Diuum Marcum se ciuibus ostendisse. Falerius eti-
am Lauretum vetustate collapsum instaurauit, qui
postea tertio decimo sibi Ducatus anno, ex viuis de-
cessit.

SEPVLTVS EST IN VESTIBU-
LO TEMPLI D. MARCI SVB LAPIS
de quadrato, cui sequentes versus in-
cisi sunt, quorum nonnulli ob ni-
miam vetustatem vix legi
possunt:



MOribus insignis, titulis celeberrimè dignis,
Cultor honestatis, dux omnimoda probitatis;
In commune bonus, bona semper ad omnia pronus,
Publica conseruans, meliora bonis coaceruans,

Durii

VENETORVM DVCVM

Dum veterum gesta renouans plus redditis honestas,
Cunctaque iucundè faciens das semper abundat;
Ut fieret plenus quicunque veniret egenus,
Plus quoque longinquos refouens quam carne pro-
Vita fuit cuius patriæ tremor hostib. huius (pinquos
Reddenstranquillos hos lingua viribus illos,
Cuius erat scire populos pro pace subire
In quocunque fores expendia siue labores,
Decretis legum muniens :::::: regum
Ut fieres horum Rex & corrector eorum,
Fama super Cedros cuius dedit ire Faledros,
Christi natalis per agis dum festa Vitalis,
Duceris adfunus factus dolor omnibus unus,
Obiit V. FALE. D. I. DE :::: DOMIN.
:::: VENET DVX :::: ANN:: D. :::::
::::::::::: INDICT. IIII.



VITALIS



VITALIS Michaël, Dux suspectus est, anno 1096.
nonagesimo sexto & millesimo. Huius tempore
ribus, Urbano tunc Pontifice omnes Principes Chri-
stianos ad recuperandam Terram sanctam ab infi- Venetorū
delibus q̄, redimendam adhortante, classis validissi- in Sarace
ma, & quanta vix vñquam ante à comparata, in Sy- nos expe-
riam missa est, ducentæ omnis generis naues fuisse ditio.
dicuntur, quibus Henricus Contarenus, & Michaël
Ducis filius cum imperio præfuerunt. Classis autem

E cùm

VENETORVM DVCVM


cum Rhodum appulisset Venetis à Pisanis laceſſit ut
vtrinque acriter dimicatum fertur, victi deinde Pi-
sani duas de viginti naues à Venetis captas amife-
runt, in quibus quatuor hominum millia capti per-
hibentur, captosq; paulo pōst, triginta tantū ex
nobilioribus obſidum loco retentis, restituta etiam
classe Veneti dimiserunt. Classe deinde ad Ioniā du-
Venetoru
de Pisaniis
victoria.
cta, Smirnam urbem præſidio deſtitutam, Veneti os-
cuparunt. Hinc Diui Nicolai corpus Venetas dela-
tum atque in æde, qua apud littus eſt conditum. Ve-
neti poſte à ex Smirna Pamphiliū Cilicijq; maris o-
ram circumiecti in Syriam conſeſſerunt: portumq;
Iopenſem tenuerunt, cum interim Christianos du-
ces Hierosolymam obſidentes maritimo commeatu
iuuiffent, ex Iope relictā clafe agmine Hierosolymā
contendunt, Ascalonemq; urbem maritimam expu-
gnant. Gallicoq; ibi præſidio imposito Caipham Pro-
lemaidis oppidum propinquum obſident, eamq; Ti-
beriade primū in ditionem recepta, poſtmodum
capiunt. Quanuis nonnulli afferant eas expeditiones
Veneti Af-
ascalonem
Tiberia-
dem &
Caipham
capiunt.
Gallorum non Venetorum fuisse, alijs autem easocijs
interſe armis iunctis vtrorunq; auſpicj in Syriā ge-
ſta. His peractis clafis domum reducta eſt. Sub id
tempus Diui Iſidori corpus in Saluatoris æde conditum. In Normanos, Rogery Bœmundi fratriſ ducti
Gracia & Dalmatia oram infestantes, Veneti, icto
prius fædere cum Calamano Pannonia regis filio,
Brundisi mouerunt, Brundifumq; ſub primum belli appul-
um occuſum occuparunt, præſidioq; illic relictō, omnem ma-
parum. ritimam oram terrore & predationib. compleentes,

non

non multo pōst classem prāda onustam domum redu-
xerunt. Sub id etiam tempus, Malthidis fœmina, ex
Sigifredi familia illustris, cūm à Venetis classe adiu-
ta, Ferrariam cœpisset, immunitatem in ea vrbe per
petuam, ob victoriam, quam Venetis iuuantibus ade-
pta esset, eisdem concessit. His operibus peractis, Vita
lis quartos sui Ducatus peracto anno, è vita discessit.

ORDELAPHVS FALEDRVS,

DVX XXXIII.



ORDELAPHVS Faledrus Dualem admini- 1101
 strationem assumpſit anno centesimo primo &
 millesimmo.

VENETORVM DVCVM

millesimo. Eëus primore regiminis anno valda classis
rursus in Syriam est missa , cuius auxilio fatus Bal-
duinus, Ptolemaidem expugnauit , eaq; recepta ad
Sidonem admotam classem fuisse, terrestribusq; Bal-
duini copijs coniunctam , tradunt , quorum viribus
Sidon intra paucos dies capta est. Beritum etiam
oppidum non sine ingenti cæde expugnatum. His
magnificè gestis motus Balduinus, sacram in Ptole-
maide adem, forum, aream, Venetis tribuit, ibi q; me-
rum & mixtum cum Gallis imperium, nec vna in
vrbe tantum, sed toto Hierosolymitanō regno, multis
additis priuilegijs, Venetis concessit. Sub id quoque
tempus multa & ampla immunitatum priuilegia
ab Henrico impetrata dicuntur, misi ad hoc Vitalie
Falerius, Stephanus Maurocenus, Vrsus Iustinia-
nus. Sub id etiam tempus Patavini, Taruiniis &
Rauennatibus adiuuantibus, Venetis bellum intu-
lerunt, belli causa ex finibus, vt sepe alias, orta : ad
Venetoru[m] Bebianam turrim à Venetiis occursum, vbi aliquot
de Patavi breibus prælijs commissis, demùm totis viribus pu-
nis victo- gnatum, victoriaq; apud Venetos fuit. Venerunt ex
ria. hostibus in victorum potestate sexcenti, qua clade
accepta Patavini ad Henrici auxilium configuerunt,
quorum deprecationibus motus ille cum legatis Ve-
netis egit, qui ad eum Veronam accesserant, vt Ve-
neti Pataviniq; omissa altercatione, positis inter eos
finibus, ab omni discordia abstinerent. Fertur etiam
sub id tempus maximum incendium urbem inua-
Vrbis in- sisse, ignemq; longè & latè vagatum non paruam
cendum. Vrbis partem consumpsisse. Paruo etiam interielto
tem-

tempore recenti incendio, priore illo fædiore, Vrbs consternata est: feruntq; eo sexdecim Vrbis insulas, ab Laurentij ade vsque ad Basifanum, cum parte Ducarij consumptas, Medoacum etiam sub id temporis conflagrasse dicitur, ac non multo post aquis submersum. Ex Medoaci ruinis lapides multi & columnæ, Venetis permittentibus, Clodium ad publico rum edificiorum structuram asportata. Ex Hilario Medoacensi magnus Monacorū numerus in Sorboli edem concessit. A Gradonicis splendidum Cypriano templum Muriani conditum ad virgines capiendas, qua eidem Cypriano Medoaci seruiebant. A Badoarūs etiam religionis studio ibi Crucis ades & Cenobium priuato sumptu erectum, Per id etiam tempus Iadrenses, Magistratu expulso, à Venetis ad Calomanum Pannonia Regem defecerunt, qui etiam viro fectio lato sedere Dalmatiam inuasus omne ferè Dalmaticum nomen in ditionem accepit, & vt populos à Venetis alienatos sibi conciliaret, Dalmatas omnes publico praconio libertate donauit, & posteà, in Pannoniam reuersus, sub ita febre correptus moritur, cuius morte auditæ, qui relicti in præsidio fuerant, venientem Venetum timentes fusi fugatiq; tota Dalmatia excessere. Iadera autem à Venetis oppugnata recepta q; est. Deinde Siccum, quod etiam eo motu defecerat, copiæ ductæ, idq; etiam receptum, & muris, quibus cinctum erat, nudatum, catenaq; Dalmatia loca Venetum Imperium receperunt. Pacata demùs prouincia, prorogatisq; finibus, cum etiam superatis Croatia montibus quicquid in mediterrane-

VENETORVM. DVCVM

¶ fuit, armis subiecisset Ordelaphus, cum exercitu in columni Venetiis rediit, multis secum Illirici generis primoribus in triumphi speciem ductis. Verum eius Victoria latitia ipsi Duci & ciuitati parum diuturna fuit, nouus siquidem ex Pannonia in Dalmatiam exercitus venit, qua ex re Ordelaphus & vniuersa ciuitas haud cessandum ratus maiore aliquanto quam ante a classis & copiarum apparatu transmisit, hostibusque circa Iaderam inuentis ferociter utrinque, neutri adhuc inclinante victoria, pugnatum est, cum Ordelaphus inter primos, ubi plurimum periculi erat, ferociter pugnans telo ictus occubuit: Morte Ducis Veneti consternati solutis ordinibus fugam capescunt, multiq; eo pralicio casi, plures capti, ciuitas eius clavis nuncio accepto merore affecta & de tuenda prouincia sollicita statuit quamprimum ad Regem legatos mittendos, a quo pacem, aut si minus saltem inducias in aliquid tempus impetrarent: Legati ad id missi Vitalis Faledrus, Ursatus Iustinianus, Marinus Mauroenus fuerunt, qui cum Rege in annos quinque inducias pepigerunt. Ordelaphi corpus annos sui Ducatus unde uigesimo Venerias delatum, in Diui Marci ade honorificè est conditum.

DOMI-

VITAE ET RES GESTAE. 36
DOMINICVS MICHAEL,
DVX XXXIIII



DOMINICVS Michael Dux subrogatus est,
anno vigesimo centesimo & millesimo. Ad e-
um Balduinus oratores misit, ut in Asiam cum quam-
valida posset classe transmitteret, eiquam, magna est
præmia pollicitus, apparebat namque, nisi Veneta
auxilia accessissent, quæ in Syria Christiani adepti
essent, retineri amplius non posse. Vix audit alegatio
est, cum Balduinus à Daloco Parthorum Rege, cum
quo conflixerat, captus & Caras perductus intelli-
gitur: Quæ ex re Calistus Pontifex, magnitudine
E 4 peri-

VE NETORVM DVCVM

periculi motus, Christianis rebus in Syria maxime
in discrimine existentibus, per legatos Dominicum
Ducem Venetos quod precatus est, ut quamprimum va-
lidissimam classem ad Christianam rem tuendam
in Asiam transmittenet, ad cuius rei adhortatione,
ut vniuersam urbem propensiorem redderet, ferunt
Urbis Antistitem, iussu Principis, orationem ad po-
pulum grauisimam & pietatis religionis quod refer-
tissimam habuisse, qua ciuitas vniuersa ita commo-
ta est, ut omnes quamprimum quam maximam clas-
sem decernendam expediendam quod contenderent.
Instructa igitur triremes (ut quidam tradunt) cen-
trum, ut nonnulli autem ducentae, & primum in Dal-
matiam concessum, ibi quod, supplemento accepto Dux
secunda usus nauigatione in Cyprum contendit, Vbi
de ingenti hostium classe, que septingentas naues ha-
buisse dicitur, certior factus, ad Iopem considere, in
eos ferociter mouit. Obsidebant tunc Barbari Iopen-
ses, qui in Christianorum fidem concesserant, terra-
marique, portuque, occupato exclusis ex omniparte au-
xilijs miseri ciues ditionem differre non poterant,
cum Micha&ael imperio repente facto hostes inuadit,
& confestim antequam hostium naues in pugnam
expeditae essent, partim capti, partim occisi, tota
classe disiuncta, victi obsidionem soluerunt. Aliqui
Venetoru cum ducentis tantum nauibus hostium in altum pu-
victoria. gnatum tradunt, magnisque, animis utrinque occur-
sum, & atroci cruentoque, Marte per duas horas dimi-
catum, Demum, victis hostibus, Praetoria nauis cum
multis alijs capta, Micha&elem Ducem Iopenses obsi-
dione


dione liberasse. Paucis postea interiectis diebus Michaël decem onerarias eius gentis naues mercibus onustas in altum securus opprescit, præda opulenta inter socios nauales diuisa. Itum postea Tyrum, quam scritibus proiectis Veneti oppugnandum assunserunt, eaq; obsessa haud incruenta victoria cœperunt, pacti prius cum Arimundo vt Tyri & Hascalonius dimidium, aut (vt aliqui tradunt) tertiam partem, si eorum opera in Christianorum potestatem peruenirent, cum multis alijs & amplissimis in Syria priuilegijs Veneti obtinerent. Verum Hemanuel Gracorum Imperator tantam victoriam Venetis inuidens, penes quos omne decus rerum e tempore in Syria gestarum erat, apertum in eos cœpit moliri bellum, ab eoq; Venetis mandatum, vt classis sua prefectum ex Syria reuocent, qui eorum dicto obtemperans ira incensus, Rhodum transiens, quoniam commatum Rhodienses denegassent, oppidum vi captū diripuit, inde profectus, Chium, vnde corpus beati Theodori Venetas translatum est, pari clade affecit. Deducta deinde classe Samum, inde Lesbum Andrumq; Imperoris insulas diripuit. Metonem etiam spoliatum praesidio muniuit. In Dalmatiam deinde mouens, Iaderam, vnde Magistratus Venetus fuerat repulsus, receptamq; vt reliquis documento esset magna ex parte diripuit. Spalatumq; Michailis & Pragurium, ex Vngaris captum, ditioni Veneta gesta, subiecit. Lapidem prætereà secū in patriam detulit, super quo apud Tyrum Christus Rex noster sedisse dicitur. His tot tantisq; rebus gestis, incolumi classe

E 5 redu-

VENETORVM DVCVM

reducta, Michaël Urbem ingressus est, ubi pro concione de rebus à se gestis locutus, honorificis verbis à partibus & omnibus ciuitatis ordinibus laudatus est. Sub eius etiam tempus aedes Charitatis, cœnobiumque, erectum. Diu etiam Donati corpus ex Pera Venetias delatum est. Et cum annos undecim Reipublice præfuissest Princeps fælicissime occubuit, eius corpus in vestibulo Diui Georgij, quod hodie etiam inuisitur, honorifice conditum est.

ET TUMVLO EIVS HI VER- SVS IN SCVLPTI:



Terror Græcorum iacet hic, & laus Venetorum
Dominicus Michaël, quæ tenet Hemanuel,
Dux probus & fortis, quem totus adhuc colit orbis,
Prudens consilio, summus & ingenio,

Istius

Illi⁹ acta viri declarat captio Tyri,
Interitus Syria, mœror & Hungaria,
Qui fecit Venetos in pace manere quietos,
Donec enim viuit patria tur⁹ a⁹ fuit.
Quisquis ad hoc pulchrum venies spectare sepulchrū
Cernuus ante Deum flectere propter eum.

ANNO DOMINI M. C. XXVIII.
INDICTIONE VII. OBIIT DO-
MINICVS MICHEL DVX VE-
NETIAE.



PETRVS

VENETORVM DVCVM
PETRVS POLANVS,
Dvx xxxv.



1131. PETRVS Polanus, Michaëlis defuncti gener, in
Ducatu succedit, anno trigesimo primo, cen-
tesimo & millesimo. Sub huius tempus Fanen-
ses in Venetorum ditionem concessere. Bonfilius
Michaël, qui Saluatoris fano praeerat, cum omnibus
qui ibi sacra ministrabant, Canonicum dogma &
habitum assumpsere. Cuius noui instituti Innocen-
tius Pontifex auctor fuit, eorumq; aedes ab Alexan-
dro Quarto postea dicata. A Petro Gatalosa etiam ad
Canalem

Canalem Orphanum ades Clementi erecta. Grauis-
 simæ sub id tempus inter Venetos & Pisanos discor-
 die, earum causam pugnam illam fuisse tradunt ad
 Rhodum à Michaële Vitalis Principis filio, commis-
 sam, in qua Pisani tota ferè classe exuti magna affe-
 cti iniuria videbantur: Multæ variaq; fuerunt cla-
 des vltro citroq; illatæ acceptaq;, fuissent q; multo
 maiores nisi Romani Pontificis, ad deponenda am-
 borum populorum odia, auctoritas valuisset. Cum
 Patavinis etiam sub id tempus pugnatum traditur,
 causaq; ex incisione fluminis ad eadem Hilarij orta,
 quo bello Guidone Monticulano terrestrium copia- Veneti Pa-
 rum duce, cruento vtrinque Marte dimicatum est, tauos vin
 Demum fusis hostibus ad tercenti & quinquaginta cuncti
 Venetias ducti sunt. Verum primoribus ciuitatis sap-
 pliciter deprecantibus, culpamq; scissi fluminis in
 temerarios quosdam plebeios transferentibus, ca-
 ptiū ad vnum redditi. Sub id etiam tempus, Hema-
 nuel Gracie Imperat ore per legatos petente, clas-
 sis in Rogerium Siciliæ Regem iustructa: Is enim ex
 Hydrunto profectus ad Corcyram insulam venit,
 eaq; armis potitus in Peloponessum transit, vbi mul-
 ta hostiliter gescit, inde in Saronicum delatus circa
 Corinthiacum sinum omnem agrum ferro igniq;
 vastauit, Profectus inde ad Isthmum terrore & pra-
 dationibus omnia compleuit, Thebas quoque bello
 captas diripiuit, demum inter Eubœum finem & Boe-
 tia oram, quam Photidem vocant, nihil in uiolatum
 reliquit. Rebus igitur Imperij in hunc modum acci-
 sis, Hemanuel ad Venetorum auxilium confugit, à
 quibus

VENETORVM DVCVM

quibus per legatos implorauit, ut iure vetuste amicitiae rebus suis afflictis succurrerent: Valida igitur classis decreta est, qua ex portu educta, Polanus Princeps continuo in hostes mouit, cum interim classe aliquantum tempestate disiecta Crapulanum portum tenente, Princeps aduersa valetudine corruptus, Ioanne fratre & Rainero filio ad imperium classis dimissis, ipse Venetias reuersus est. Hemanuel etiam non parua vi nauium comparata, eaq; vni ex suis cum imperio demandata, ipse cum terrestribus copijs in Epirum concessit, ad Butrotumq; castra posuit. Veneti autem Corcyram, multis ex hostibus casis, plurimis vulneratis, vi capiunt, validoq; ibi praesidio imposito Veneta classis in Siciliam mouit, Quia in insula nullum clavis genus, omnia igni ferroq; via Venetoru stando, à Venetis est omissum, Multi ex Insulanis in Gracca captiuit atem ducti, arbores sataq; absissa, plurimam in res incendio absumptae, eoq; pacto constat Graecia perium Imperium e tempore, ut sapè alias, Venetis armis defensum. His rebus gestis Dux ipse, comorbo quem foris contra-kerat, occubuit.

DOMI-

VITAE ET RES GESTAE. 40
DOMINICVS MAVROCENVS,
Dux xxxvi.



DOMINICVS Maurocenus DUCATUM po- 1148.
stea consequutus est, anno quadragesimo octa-
uo & centesimo supra millesimum. Huius tempore
aliquot triemes ad pyratas arcendos missa quinque
Anconitanas naues, mare latrocinis infestantes,
cuperunt. Guiscardus earum praefectum, in potesta-
tem redactus, laqueo suspensus est. Eodem tempore
turris, quae in Diu Marci foro est, opus sane admirans Turris Di-
du, erigi fundariqe, cœpta est. In Polanos, alias quod Hi- Marci,
stria incolas, latrocinis proximū finū infestantes,

Ducus

VE NETORVM DVCVM

Ducis filius, & Marinus Gradonicus, cum quadra-
Tributa-ginta nauibus missi sunt. Pola obsessa, ciuibus pacem
ria Histria implorantibus his conditionibus concessa est, ut bina
vrbes. millia olei pondo quotannis Diui Marci adi affer-
rent. Parentinis etiam datum, vt si quando Dux ad
bellum iret auxilia prestante. Enonenses etiam an-
nuum olei tributum & auxilia polliciti sunt. Anco-
nitani quoque per id tempus in Venetorum societa-
tem venerunt, & cum Gulielmo Sicilia Rege Fœdus
percussum, multaq; ab eo immunitates, Venetis in
Sicilia negotiantibus, impetratae. Cœnobium Virgi-
nis, quod Crucigeri tenent, à Gussonia familia con-
ditum. Condita & eo tempore Matthei Aposto-
li ades. Hac domi forisq; Mauroceno Duce
gesta, qui anno sui Ducatus Octauo
vita exceſſit.



VITALIS

VITAE ET RES GESTAE. 43

VITALIS MICHAEL,
DUX XXXVII.



VITALIS Michaël secundus in Ducatu suc- 1156.
cessit, anno quinquagesimo sexto, centesimo &
millesimo. Huius opera Pisani, omni præterita emu-
latione omissa, in Venetorum amicitiam concesse-
runt. Eoq; Duce, Alexandro Tertio summo Pontifici
aduersus Federicum Barbarubram Octauiano An-
tipapæ fauentem, Veneti patrocinio fuerunt. Qua-
nouitate freti Patavini, Veronenses, & Ferrarien-
ses iunctis copijs Caputaggeris adorti capiunt: Ve-
F rum

VENETORVM DVCVM.

rūm exercitu Veneto aduersus eos exeunte , direpto
oppido, accolū in captiuitatem ductis , hosteis trepi-
dè abierunt. Veneti autem hoste non inuenio , Ha-
drianos fines aborti , quicquid agri inuentum est,
ferro igniq; vastarunt. Ulricus etiam Aquileiensis
Antistes Gradum occupat : qui mox subito accessu
oppressus, cum duodecim Canonicis, alijsq; plerisque
ex nobilioribus, Venetias delatus est. Et paulo post,
his conditionibus dimissus , vt quotannis taurum
cum decem suib; statuto die Venetias mitterent,
qui ad perpetuam illius rei memoriam frequenti po-
pulo caderentur. Verū ea nonnulli Angelo Parti-
Hemanue tiatio ascribunt. Sub id tempus, ab Hemanuele Im-
peratore Venetis nouum est bellum illatum, Is nan-
netos bel- que à Gulielmo Siciliæ Rege, cui filiam in matrimo-
num desponderat, bellum sibi inferri simulans , à
Venetis petiit, vt sibi auxiliares copias mitterent. Id
cùm à Venetis esset denegatum, quoniam cum eo Re-
ge pacem paulò ante fædusq; sanxissent. Ex eo quasi
legitimam nactus inferendi belli materiam , conti-
nuò Imperator edicto publico omnes Venetos nego-
ciatores ex Graciareuocauit, confessimq; subito ac-
cessu Spalatrum, Ragufium, Traguriumq; ademit,
maioremq; deinde dolum innectens Græca vſus cal-
litate, eo se consilio eas vrbes occupasse dicit, vt Ve-
netos ad pristinam amicitiam reduceret: per legatos
igitur mandat, Venetis licere per Græcia emporia
succ negocieri, qua fretis pronunciatione Venetis
non ignaris ob vetera sua in Imperium beneficia
quam gratum Hemanueli in socios esse deceret,

non

non parua nauium vis, questus cupiditate in ealoca
 concessit. Missisq; reuocande amicitia studio Seba-
 stianus Zianus, & Aurius Mastropetrus. Legati vix
 Constantinopolim appulerunt, cum Hemanuel de Hemanuel
 constituto Venetos omnes cum nauibus & mercibus lis in Ve-
 detinet, pecunias & res omnes im publicum redigit, netos per
 Legati quoniam iure gentium violari non poterant, fidia.
 dimissi. Ante eorum aduentum ex nonnullis, qui in
 catrepidatione fugam capesserant, Venetas nun-
 ciatum, Imperatoris perfidia omnes suos cum naui-
 bus, rebusq; omnibus, toto Gracia imperio interce-
 ptos: quare atrocity ciuitas commota ad ylciscen-
 dam iniuria conuersa, validissimam confestim clas-
 sem decernit. Centum triremes intra centum dies
 mirabili celeritate constructas constat. Clasis in al-
 tum deducta Michaëlis Duci auspicijs ex Histria &
 Dalmatia supplemento accepto, Tragurium vi captū
 funditus euertit. Ragusium quoque receptum mu-
 rorum parte cum turri in qua fixa erant Imperato-
 ris signa, demolita, diripuit. Deinde in Eubœam de-
 latus, Michaël cum se ad oppugnandas vrbes para-
 ret, tam valida clasis timore percussus Insula, Prae-
 fatus arte agendum ratus, Hemanuelis consilij non
 ignarus, vt validissimi hostis cursum victoria retar-
 daret, cum Michæle egit: vt Cōstantinopolim lega-
 tos mitteret, pro certo affirmans, Hemanuelem, nul-
 lam pacis conditionem aspernaturum. Missi Aquili-
 nus Antistes, & Manases Baduarius. Interim Dux
 ad Chium insulam transiit, urbemq; cum tota insu-
 la in ditionem accepit. Et quia in pacis expectatione

F 2 effet:

VENE T ORVM DVCVM

Hemanue esset: cum iam hyems appeteret, ab armis in He-
li frau- manueli cessauit. Ille autem, ut calido erat inge-
des. nio, a dolo non discedens, pacem non detrectare si-
mulans, nunc petere aliqua, nunc alia negare, modo
legatis aures præbere, modo eis aduersari, & in dies
de industria alia atque alia causando, remq; in mo-
ram trahendo per plurimos dies, Venetos ludificatus
est. Demum re infecta, legati ad Michaëlem redie-
runt. Interim pestis atrocissima ingentem vim ho-
minum oppressit, fama tenet ab Hemanuele proxia-
ma flumina, unde Veneti aquabantur, infecta fuis-
se, ex eoque perniciosum morbum tota classe contra-
ctum. Ferunt ea clade vniuersam Iustinianam fa-

Iustinia- miliam extinctam, cum ex ea omnes, qui per eti-
na fami- tem arma ferre poterant, ad id bellum exiuisserent.
lia tota Romanos Fabios imitati, quorum sex & trecentos
extincta. uno prælio occidisse compertum est, eius familia per-
Veneta ditionem ciuitas agreferens, ad eam reparandam,
clasis ve- ex ea gente vnum tantum superstitem in Diui Ni-
neno pe- colai fano sacris initiatum, impetrata à Pontifice
nè con- publico nomine religionis solutione, ex cælibatu ad
sumpta. coniugium transire coegerit. Cuius deinceps sobole,
Eadem Iustiniana familia redempta est, ex qua plurimi
per vnum iam inde clarissimi viri, & in primis nostris temporis
restaura- bus Laurentius Iustinianus sanctitate vita, & mira-
tur.

culis clarus, & Leonardus, Bernardusq; filius, sena-
tores clarissimi, & oratores præstantissimi, effluxer-
unt. Classe ea clade non parum consternata, Micha-
el ne omnino in otio & desidia Rempub. perdere vi-
deretur, ex Chio Lesbum transmisit, inde Lemnum,

ex Lemno Scirum transiit, & quia morbus nullo
 remissius vrgebat, multiq; quotidiè cadebant, mul-
 ti in clamoribus, grauibusq; criminacionib. Dux deter-
 ritus, classem magna ex parte laceram & consum-
 ptam Venetias reduxit. Ea appulsa, continuò peste
 tota vrbe infecta, miserabilius quam foris paucotem
 poris spatio innumerabiles mortales consumpti. Po-
 pulo igitur ad concionem vocato, omnes acceptæ cla-
 dis culpam in Ducem conferebant. Eum Reip. prodi-
 torem, & misérorum sociorum carnificem appella-
 bant, qui tam inclytam occasionem victoriae Hema-
 nueli obsequens, turpiter amisisset, & quod deteri-
 us esset, totam classem Græcorum insidüs expositam,
 veneno perdendam obiecisset. Et cum de eo supplici-
 um sumendum omnes obstrepèrent, neque purgani-
 di sui Duci facultas daretur, appareretq; capitis dis-
 crimén imminere, clām ex concione dilapsus, ad
 Zachariae fanum iter intendit. In eum quidam ob-
 vium factum grauissimum intulit vulnus, ex quo de-
 cimo septimo sui Ducatus anno miserabiliter obiit.
 Fuit alioqui vir summa probitate præditus. Eius Fu-
 nus frequenti populo celebratum est. Eo occiso De-
 cem viri tunc primū creati dicuntur ad seditionem tollendam, qua sapienti numero ciuitas vexata erat, hi-
 q; sacramento adacti, neminem se Ducem declarari
 passitos, quem Reip. non esse intelligerent, nec de-
 sunt qui ad parricidium vindicandum creatos De-
 cem viros dicant, ut per omne tempus, si quis summū
 Magistratum violasset, in eum atroci supplicio ani-
 maduerterent. Aliqui quadraginta viros, qui Princi-

VENETORVM DVCVM

pem legerent, tunc creatos afferunt. Et cum de creando Principe comitia habenda essent, atque ad Auriū Mastropetrum omnium ferè voces inclinarent, virum admirabilis innocentie, ferunt: ut erat singulari in patriam pietate, electores costantissimè adhortatum fuisse, ut in alium Reipub. utiliorem sua studia conuerterent, eumq; esse Sebastianum Zianum, opibus potentem, qui non consilio solum, sed facultatibus etiam ea temporum nouitate adiuuare Rempub. posset. Non fuit temerè audita vox, eius nanque secuti consilium Patres, Zianum Principem declarunt.



SEBA.

VITAE ET RES GESTAE. 44
SEBASTIANVS ZIANVS,
DVX XXXVIII,



SEBASTIANVS Zianus, miro optimatum &
Spopuli consensu, Dux declaratus est. Sub primo
eius tempore, tres mirae magnitudinis columna ex
Gracia delata sunt, ex quibus una, cum è naui trahe
retur, artificium ingenio superato, in profundum est
demersa, reliqua due, cuiusdam ex Cisalpina Gallia
projecti opera, in conspectu fori erecta. Hic etiam
primus ad Riuum altum pontem adiunxit, opifici
ex publico annum vixum, multaq; alia munera

1164

F 4 concessa.

VENETORVM DVCVM

concessa. Hemanuel interim cùm quām grauiter post deductam classem Ciuitas pestilentia laborasset, & de Principis cade resciuisset, ne vllum perfidiae genus in Venetos intentatum relinquere, Henricū Dandulum Legatum, iure gentiū violato, tandem cā dentia ēra inspicere coēgit, quo ad oculorum acies amitteret. Hic etiam Anconitanos à Venetorum societate alienauit, Verūm Ariminensib. in socios acceptis, Veneti ita illis mare clauerunt, vt parum ab obſidione abeſſent. In hoc ſtatu Venetis rebus conſtitutis, Alexandri Tertij ſummi Pontificis cum Federico Imperatore discordia inclytæ victoriæ Venetiſ materiam præbuit, ſcismate namque inter Alexandrum Pontificem & Octauianum Antipapam orto, delata ad Federicum cognoscenda re, cùm ille in partes Antipapæ declinaret, indicto apud Diuonem Gallie Concilio, accerſitusq; Alexander & Octauiano, quia illuc accedere Alexander noluit. Feter Alexā dericus ira incensus, in Italiam cum validissimis cohortib; & pijs descendit, & Antipapæ præmiffo, ipſe paulo post Federicū in Cisalpinam Galliam transiit, ſed ante eius aduentum, Octauianus luce diem obiit, cui in Alexandri inuidiam Federicus Guidonem Parmensem ſubrogauit: traiectoq; ratibus Pado, in agrum Bononiensem descendit, & Anconem admotis armis, aliquandiu obfessam, in ſuam rededit potestatem. Demūm Romanum versus ut Alexandrum oppimeret, hostiliter mouit. Eius aduentu territus Pontifex, duabus tremibus Sicilia Regis vſus, Gaietam primū, deinde Beneuentum concesſit, & cùm nullibi ſe tutum in reliqua

reliqua Italia existimaret, cœpisset q̄, etiā Gulielmi
 Sicilia Regis fides suspecta esse, per Appuliam ad Gar-
 ganum montem transiit, ab eo Liburnico nauigio Ia-
 derā delatus, inde ignoto habitu Venetias veluti ad Alexan-
 der Vultimum libertatis domicilium transfugit, nec hic der Veneti-
 quoque satis fidens, dissimulata quam gerebat per-
 sona aliquandiu humili habitu ad Charitatē cœno-
 bium latuit, verū à quodam, cui Commodo cogno-
 men fuit, cognitus, & Principi palam factus, perbe-
 nignè & honorifice, ut Pontificem decuit, à Ziano
 exceptus est, factaq̄ illi pacis cum Federico confici-
 enda, aut Pontificia dignitatis recuperanda spe,
 quamprimum ad Federicum legatio decreta est,
 quem publico nomine rogatum mittunt, ut cum A-
 lexandro Pontifice in gratiam redeat, facturum rem
 tum vniuersis Christianis valde vtilem, tum Venetis
 ipsis non parum gratam. Fertur litteras ad Federi- Littera
 cum de fide legatis habenda, cum cera, ut moris erat, plumbo
 (ob signari Princeps iussisset) Pontificem, ut plumbo ob signan-
 munirentur mandasse, quod ad hunc usque diem ob- tur.
 seruari videmus. Legati ad Federicum profecti, ubi
 de pace cum Alexandro mentionem fecerunt, ille ira-
 incensus, ite (inquit) & hac Principi vestro & popu-
 lo nunciate. Romanum Imperatorem ab eis hostem
 reposcere, quem nisi quamprimum miserint, fore ut
 pro Imperij hostibus haberentur, conuersurumq; se
 omnes imperij aduersus Venetos vires, futurumq; Ferociissi-
 vt paulò post Imperatoris signa ante Diui Marci a- mum Fe-
 dem conspicerent. Redeuntes legati ferociissimum Fe- derici re-
 derici responsum attulerunt, quo ciuitas commota, sponsum.

VENETORVM DVCVM

classem ad maris imperium defendendum decernit. Dumigitur in tanti belli expectationem ciuitas erecta esset, trepidissimis nuncys affertur, Othonem Federici filium cum septuaginta qinque triremibus haud procul abesse. Quo nuncio audit o Veneti, quam maxima possunt celeritate classem expedient. Interim à Pontifice cum omni clero supplicationes fiunt prosporam nauigationem, prosporam pugnam Duci Veneti qz, omnes deprecantur. Inde ad Zianam Pontifex conuersus classem ingressuru, aureo ense alijs qz equestribus insignibus illum decorauit. Ille autem ex portu soluens cum triginta triremibus hosti ire obuiam pergit, & in Histria ora haud procul à Salboria, quæ in Piranensi tractu est, hoste inuento, in eū ferociter inuehitur, & atroci pugna aliquandiu dimicatum. Demum Deo iuuante qui iustam bellii causam non deserit, hostium classem fusa fugataqz est. Triremes octo & quadraginta captæ, due in mare submersæ. Otho ipse captius cum regia naue Venetas datus est. Ziano reuerso, Pontifex primum victoriam gratulatus, deinde aureum tenens annulum, accipe, (inquit) Dux & me auctore ipsum mare tibi hoc obstrictum pignore despensato, idqz deinceps cum tuis successoribus quotannis statuto die seruabis: vt omnes posteri intelligant, maris possessionem iure belli, re-

Inclita
Venetum
victoria.

Otho ca-
ptus ad
patrem
remitti-
tur.

stro deberi imperio. Othoni in captiuitate ducto, cū se si dimissus esset, enixè curaturum pollicitus esset, ut paulò post cum Pontifice & Venetis pater in gratiam rediret, data redeundi fide, concessum, vt ad Federicum patrem iret, vt eū si posset ad Pontificis & Veneto-

VITAE ET RES GESTAE. 46

Venetorū amicitiam reduceret, Othonē ad Federici conspectū adductū, eo maiore leticia pater exceptit, quō magis de eius salute dubitauerat, & post mutuos complexus, cūm aliqua inter se de ratione belli commentati essent, iurasset q̄, Otho nullum in ea pugna strenui Imperatoris officium à se fuisse prætermis- sum, sed pro certo credere ex iniusta belli causa eam cladem accidisse. Orare deniq; cœpit, vt cum Alexan dro & Venetis pacem iniret, ab eoq; bello desisteret, in quo non homines solum, sed ipsum Deum & supe- ros omnes sibi aduersos esse cognosceret. Eius precib; Federicus motus Imperator, continuò ab armis ad pacem con- Venetias uersus, cūm Venetis de pace cum Alexandro ineun- venit. do conuenit, & publica fide accepta, Venetias venit. Petrus Principis filius cum sex triremibus Rauen- nam vsque officij gratia ei obuiam accessit. Ille verò vbi Venetias venit, Alexander Pontifex in templi vestibulo sella sedens aurea, Federicum ad se venien- tem expectauit, Is vbi appropinquauit, humi pro- stratus Alexandri pedes osculatus est, quem mani- bus subleuatum continuò Pontifex adoris osculum admitit, Inde eis ad Diui Marci aram accessis, Fede- ricus à Pontifice veniam suppliciter petit, eumq; vt verum Pontificem & Christi Vicarium veneratus est. Ferunt, cum umbella due Pontifici & Im- peratori adductæ essent, Pontificem tertiam Veneto- Quæ pon- rum Duci afferri iussisse, qua ille cum posteris per- tifex Ve- petuò uteretur. Candidum etiam cercum in netu con- bonorem Principi à Pontifice donatum. Nec mul- cesserit. tis interiectis diebus, Federicus & paulò post Alexander

VENETORVM DVCVM

Alexander Venetij abierunt, & cum Romam Pontifex accessisset, essetque ingenti leticia a suis exceptus, cum argenteas tubas inter reliqua officij genera conspexit, ad eos conuersus, qui ei ministrabant, ex ipsis tubis octo, cum totidem aureis vexillis Veneto Ducis, in adeptae victoriae memoriam, afferri iussit. Si multaque aurea sella ab ipso donata. Quae omnia Veneti Principes perpetuo gestaturi habenda acceperunt. Hæc Ziani temporibus fœlicissime gesta. Qui Republica integrè administrata, cum senio confectus esset, anno sui Ducatus octauo, ex humanis excessit, & ad fanum Divi Georgij translatus est, cuius cœnobio non parua prædia apud mercatoriam viam legauit.

Ab eo etiam Divi Marci aedes, priuata impensa non parum ornata. Cui etiam plura ampla circa forum adficia publicè erogauit.



IN

VITAE ET RES GESTAE. 47
IN TVMVLO EIVS HI VER-
SVS LEGVNTVR:



HIC DUX EGREGIUS, SAPIENS, DIVES, CENERE SCIT,
VIUIT CUM CHRISTO, MUDO SUA FAMA NITE SCIT,
SEBASTIANUS VOCATUS IN ORBE ZIANUS,
CUM PAPA, PRINCEPS, CLERUS, PLEBS HUNC RECOLEBAT
IUSTUS, PURUS, CASTUS, MITIS, CUIQ; PLACEBAT,
CONCILIOPOLLENS, BONA PLANTANS, & MALA TOLLENS,
ROBUR AMICORUM, PATRIÆ LUX, SPES MISERORUM,
ET FLOS CUNCTORUM, DUX ELECTUS VENETORUM,
BINOS CONIUNXIT GLADIUS & MORE REFULSIT,
ELOQUIUM SENSIUS, BONITAS, CLEMENTIA CENSUS,
ISTI PAREBANT, NULLA VIRTUTE CAREBAT.

OBIIT ANNO DOMINI M. C.
LXXVIII. MEN. APRIL.

AVRI-

VENETORVM DVCVM
AVRIVS MASTROPETRVS,
DUX XXXIX.



1178.

AVRIVS Mastropetrus in Ducatu su^ce fuit.
Anno septuagesimo octavo centesimo supra mil-
lesimum. Eius primo administrationis tempore, cum
Pisanis ab Anconitanorum societate alienatis, indu-
cia in decem annos sunt pacte, cum antea Anconi-
tani Pisanorum amicitia freti, mare non parum in-
festum aliquandiu Venetis reddidissent. Iaderat per
id tempus ad Pannoniae Regem quartò à Venetis de-
fecit. Aduersus Iadrenses, exercitu classeq_z in Dalmatia
tiana

siam subito transmissa, Iadrenibus obsidere ceptis,
 insulae locaq; vrbi circumiecta, Venetum Imperium
 receperunt. Vrbs valido Regis præsidio munita, ali-
 quandiu obsidionem sustinuit. Venetiis eo bello occu-
 patis, cum Christiani Principes, ad recuperandam
 Hierosolymam, vnde à Saracenis Saladini auspicijs
 Galli directi fuerant, arma induerent, induciae cum
 Belga Pannonia Rege Pontificis hortatu in bienniū
 sunt pactæ, & ne in tam sancta expeditione Veneti
 cessarent, classem ingens decernitur, que ex Venetijs
 soluens, cum Pisaniis adiuncta, ingenti nauium nu-
 mero, in Syriam traiecit. Fuerunt in ea expeditione
 Federicus Imperator, qui Armenia minore in pote-
 statem suam redacta, poste à lauandi studio amnem Noua in
 inexplorato ingressus, in vndis perijt. Philippus Gal- Sarace-
 lia, & Ricardus Britanicae Reges. Otho Belgarū Dux, nos expe-
 multaq; alia fuerunt clarorum virorum & Princi- ditio.
 pum auxilia. Sed aliquanto post classem Venetam
 Pisaniamq; accesserunt, Ptolemaidam igitur vtra-
 que classe oppugnare adorta. Poste à duorum regum
 aduentu, iunctis simul castris Christianorum res va-
 lidiores sunt factæ, cum ante à in ipsis castris à Chri-
 stianis fame & rerum iuopia laboratum fuisset, &
 cum ab hostibus obsidio absolui non posset, statuit
 Saladinus cum Christianis classe configere, doloq;
 viribus addito, onerariam nauim serpentū plenam,
 ad primum pugnae impetum Christianis obiecit. Ve-
 rum, antequam barbari arte vlla vti possent, nauem
 illa ante portum submersa, reliqua classem fusæ fuga-
 taq; est: oppidanis autem desperatis auxilijs, deditio-
 nema

VENETORVM DVCVM

nem fecerunt. Eoq; pacto Ptolæmais recepta. Venetis
quod iure belli ante à sibi acquisuerant, restitutum
est. Hec Aurio Duce domi forisq; gesta: qui anno sui
Ducatus nono, vel (vt alijs tradunt) quartodecimo,
monasticam vitam secutus, ad Crucis fanum diem
obijt.

HENRICVS DANDVLVS, DVX XL.



11920 **H**ENRICVS Dandulus, quadraginta viroruſ
ſuffragio Dux creatus est, anno nonagesimo ſe
cundo,

cundo, centesimo, & millesimo. Huius temporibus, Veneti fines non parum propagati. Veronensibus, quoniam Venetis Athesim nauigantibus vim intulissent, Veneto commertio interdictum. Clas̄is, quia supplemento opus erat, ex Syriareducta est. Pisani in Adriaticum classem flectentes, Polam tributariam Venetorum urbem oppressere. Cuius rei indignitate moti Veneti, classe comparata, Polam transmittunt urbeḡ recepta, aliquot Hetruscas naues illic inuentas, incendio absumperunt. Polæ mœnia, ne amplius ibi Pisanius receptus esset, dirupta. Methonem deinde clas̄is Veneta concessit, vt cum Pisanorum onerarijs nauibus, quas illuc ex Pola profectas intelligebat, configeret. Quibus in conspectu vrbis prætereuntibus, Veneti occurruunt, vbi fusis fugatisq; Hetruscis nauib. duæ ex onerarijs capte sunt. Nec multo post pax est cum Pisaniis confecta. Cum Peregrino Aquileiensi Antistite per id tempus est fœdus percussum, in cuius gratiam Taruisinis Vrbis commertio interdictum est. Non parua tunc propagandi Imperij occasio Venetis oblata. Erat per id temporis Gracia Imperator Isachus vir Christianis amicissimus, huius erat Alexius frater natu minor, cui tantum indulxit, vt nihil sibi præter Imperij nomen, reliquerit, sed ingratus frater, beneficiorum oblitus, Isachum dolo captum excacat, & in vincula coniicit, adiiciensq; sceleris celus ad fratris filium puerum, vix annum duodecimum ingressum omni studio necandum animum adiecit. Is autem amicorum auxilio adiutus, salutem sibi fuga quæsivit. Venerant per id tem-

G pus

VENETORVM DVCVM

Nouain li Comites, & Allobrogum Montisferratiq; Duces,
 Turcos aduersus Turcos in Asiam traiecturi, qui cum Ve-
 expeditio netis pacti sunt, vt peditum octo millia, equitum
 quatuor & quingentos ad Trajicum Bosporum
 cum commilitibus conuectarent. Pro his non parum
 auri pondus polliciti. Verum cum spe omnium tar-
 dius milites affuisserent, accidit, vt Duces consumptis
 quas pro copiarum vectura comparauerant pecu-
 nijs, coacti sint eas mutuum Venetis poscere, quae
 non solum Veneti praefiterunt, sed dono etiam de-
 disse dicuntur, marioraq; etiam polliciti sunt, si ad
 Histria oram, & Iaderam totiens rebellem recipi-
 endam auxilio esse vellent. Id non solum Venetis
 concessum, sed in annum etiam foedera inita, vt bi-
 triremes sexaginta in eam expeditionem compa-
 ratent, in easque sua impensa extrectas suos milites
 imponerent, & quecunque in Dalmatiareciperen-
 tur, Venetorum essent. Ex reliquis quicquid oppido-
 rum aut præda caperetur, illis dimidium deberetur.
 Classe igitur instructa, Henricus Princeps Venetij
 profectus. Sub primum tantæ classis aduentum:
 Nam ad ducentæ & quadraginta naues fuisse di-
 cuntur, Tergestini & alijs Histria accolæ, metu per-
 culsi, pacem orantes, se Henrico dediderunt, qui eos
 ea conditione accepit, vt Tergestini Humagensesq;
 quotannis quinquaginta vini vrnas tributi nomine
 Venetis mitterent. Iaderam poste à classis trans-
 missa, in cuius oppugnatione, quia valido presidia
 erat munita, aliquandiu laboratum, multoq; vndi-
 que

que cruento effuso, oppidum sepius est oppugnatum. Demum vrbs armis recepta, Iadrensum primores defectionis autores, exilio mulctati. Venetis, Gallisq; Ducibus apud Iaderam hybernantibus, Alexius puer, Isachi filius, ab impijs patrui manibus ereptus, superuenit, multaq; de iniuria patrui conquestus, orare coepit, ut pro veteri parentis sui in Venetos studio, proq; omnibus beneficijs, quibus saepe Christianos toto suo regno iuuisset, afflictis rebus suis succurrent, pro quibus magnum auri pondus non paruaq;, præmia proposuit, qua recepto Imperio præfitorum affirmauit. Eius lachrymis & pollicitationibus moti Veneti, Galliq; Duces, ex Dalmatia mouerunt, & Constantinopolim versus cursum tenuerunt. Illis discessis, Iadrenses profugi, Histria, Dalmatiaq; oram latrocinij infestissimam reddidere. Aduersus eos noua classis comparata. Quam cum hostes patari resciuissent, pacem petentes, his conditionibus imperarunt, ut liberis Venetas misis, exules in patriam redirent, vt q; eorum Ecclesia Gradensi Antistiti pareret, & quotannis mille cuniculorum pelles Veneto Duci dono mitterent, Veneti, Galli, Ionio, & Ageo, inde Helleponio superatis, ad Bosporum peruererunt, & dum Cretam insulam praterlabuntur, Cretenses per legatos ipsam insulam Alexio puero dediderunt, qui eam Bonifacio Montisferrati sibi cognatione coniuncto donauit. Inde verò Constantinopolim classe profecti, terra mariq; vrbem oppugnant. Theodorum Alexij Tyranni generum erumpere conantem, intra

G 2 mania

VENETORVM DVCVM

mœnia cum ingenti cæde repellunt, vrbemq; biduo
continuata oppugnatione, vi capiunt. Aufugerat no-
cte Alexius magno auri pondere apud Hirenem fili-
am Deo dicatā humi defosso. Introductus in vrbem
Alexius puer, & Isachus vinculis in medium produ-
ctus, magno populi fauore Imperium receperunt.
Qui non diu supervixere, pater enim senio morboq;
confectus, filius autem Mactillo, quodam auctore
primum veneno petitus, poste à gladio confectus, in-
teriere. Bisantiq; recepto, Imperatorib. q; defunctis,
Balduinus Flandrensis Venetorum Gallorumq; Du-
cum auxilio, Imperator declaratus est. Cui Veneti
Thomam Maurocenum Antistitem subiecerunt. In-
tere à Bonifacius Monferatus Thessaliæ regno poti-
tus, suadente Balduino magno auri pondere accepto
Cretam Insulam, vt socijs qua promissa erant exsol-
uerent, habendam Venetis tradidit, Thomas inte-
rim Constantinopolitanus Antistes ex Romareuer-
sus, vbi omnia ab Innocēto Tertio Pontifice ad Cre-
ta confirmationem impetrandam ex sententia con-
secutus fuisset, esset q; in Graciam migraturus, tri-
remibus quatuor acceptis, Ragusium, quod à Venetis
defecerat, recepit. Et Diuachio quem Graci Impera-
tores destitutum reliquerant, præsidium imposuit.

Creta In-
sula Ve-
netis ex
fædere
cessit.

His rebus gestis Henricus anno sui Principa-
tus tertio decimo obiit, & in Diuæ So-
phia atrio sepultus est.

PETRVS

VITAE ET RES GESTAE. 52
PETRVS ZIANVS,
Dux xli.



P E T R V s Zianus Dux succēſſit , fuit hic Seba-
ſtiani Ducis filius , & cum Arba Comes eſſet , 1205.
Princeps eſt declaratus , Anno quinto ducent eſimo
& milleſimo . Per hec tempora Veneti , qui Bisantij
erant , Venetum Pratorem ibi creaūere , quam crea-
tionem Dux patresq; Venetij approbārunt , crea-
tus igitur Marinus Zenus , qui primus omnium no-
uum Bisantij magistratum geſſit . Veneti autem ma-
ritimare itunc maximē studentes , cum omnia pu-

G 3 būcè

VENETORVM DVCVM

blicè obire non possent, ut loca Imperij, quæ illis ex fædere contigerant, commodius retinerent, publico edicto proposito, priuatis etiam ciuibus negocium dederunt, ut quas vellent imperij Insulas occuparent. In his locis ius, quod sibi armis acquisiuisserint, paucis exceptis, modo in fide permanerent, perpetuo habituri. Vnde multi ciues insulas Aegei, & Ionij maris occuparunt. Marcus Dandulus, & Iacobus Viarus Gallipolim tenuerat. Marinus Sanutus aliquibus in socios assumptis, Naxum, Parum, Mulum, Nerinam, Andrumq; subiecit. Rabarius Carcerius Eubœam, aliq; aliquot alia loca obtinueré. Interim Venet a classis cum vna & triginta triremibus Rainerij Danduli, & Rogerij Pamarini auspicijs, in altum deducta, Leonem Vetranum Genuensem, virum eatempestate in exercenda pyratica illustrem, cum nouem longis nauibus obuium habuit, & cum eo triremes congresse, illū fuderunt, oppresserunt q; Vetranus captus, Corcyram ductus, suspendio necatus est. Corcyra recepta, Veneti inde digressi, Methonem primò, deinde Coronem expugnant. Henricus interim cognomento Piscator, Peloponensiacus Comes, Genuensibus nauibus fretus, Cretam occupare conatus est. Sed Rainerius classis Prefectus, non solum insulam tutatus est, sed etiam quatuor Genuensium naues circalittora oppresit. Et ut rebellem Noua Ve- Cretam in fide armis continerent, anno ducentesimo, quarto decimo, & millesimo, Veneti missis eò colonia in ciuibus quam plurimis, ex patritio ordine equiti- Cretam. bus, ex plebeio pedestribus, eam in colonia formam redigere.

degere. Aduersus Genuenses maria grauter infe-
 stantes, Ioannes Triuisanus cum nouem nauibus est
 missus. Qui circa Siciliam cum hostibus congressus,
 duodecim eorum naues opprescit, vnde paulo post
 cum Genuensibus pax secura est. Cum Patauinis
 deinde ex leuissima causa bellum est exortum. Tar-
 uisini longa pace florentes, cum ludis & lasciujs se
 oblectarentur, castellum media in urbe pellibus mu-
 torum loco munitum, virginibus tulendum tradi-
 derunt. Adolescentes nobiles arcem oppugnabant,
 missilia quibus utrinque uterantur, poma, pira, si-
 miliaq; id genus, in pillarū speciem destinauerant.
 Ad id spectaculum Veneti non pauci & multi ex
 Patauio in uitati, confluxerunt, & cum ad loci op-
 pugnationem omnium animi intenti essent, Veneti
 primum in castellum irrumpentes signa erant illa-
 turi, quod cum Patauini quidam conspexissent, Ve-
 netorum gloriae inuidentes, vexillum cum Diui Mar-
 ci effigie, à Signifero captum, turpiter infregerunt,
 continuoq; ad arma concursum, fuisseq; non sine
 cruento dismictatum, nisi ludorum Presides, soluto spe-
 ttaculo, certamen diremisset. Iratis tamen utrin-
 que animis discessum. Sed Patauini culpa consciū, in-
 Belli Pa-
 inriam prosequentes, Taruissini in socios assumptis, tauini
 Venetos fines ingressi, non paruam predam abdu-
 centes, Bebianam turrim oppugnare adorti sunt.
 Veneti autem dupli iniuria irritati, sumptis armis
 circa turrim hostes adorti, fuderunt oppressuruntq;
 quadringentis ex hostibus cum signis militari bus in
 potestatem redactis, qui Venetias missi sunt. Verū

Aquileiensis Antistitis suasu, pax his conditionibus
 confecta est, ut viginti quinque ex illis, qui in Tar-
 sisino spectaculo primi iniuriam intulerunt, Vene-
 tias mitterentur, qui & ipsi paulo post iniuriam inuiolati di-
 misi sunt. Sub id tempus Corcyram aliquot viri no-
 biles velut in coloniam sunt missi. Ad Othonem Im-
 peratorem etiam oratores missi sunt ob victoriam
 aduersus Philippum Suevia Ducem ab eo partam
 gratulantes. A quo veterum immunitatum appro-
 bationes sunt impetratae. Zianus Dux priore coniu-
 ge defuncta, constantiam Tancredi Sicilia Regis fi-
 liam vxorem duxit, ex quo filios habuit, vnum ma-
 rem, alteram fœminam, Petrus Antefiodorensis Co-
 mes, Imperator declaratus, in Turcos prefecturus.
 Venetis triremibus acceptis, in Dalmatiam trans-
 misit, & in Venetorum gratiam Dirachium oppu-
 gnare adortus est, Sed Theodorus Epyri Dux, qui vr-
 bem tenebat, simulata pace, Petrum hospitaliter in-
 uitatum, inter coniuia interemit. Robertus eius fi-
 lius, ex Pannonia Constantinopolim prefectus, Im-
 perator est declaratus, qui paulo post ex Roma redi-
 ens, ob iniuriam vxoris sua illatam apud Pontificem
 questus, in Achaia obiit. Per id tempus, Genuenses
 Venetorum amuli, Miliacum Comitem ad Crete
 Insulae insula statum à Venetis adimendum perpulerunt.
 Creta de Ille autem Genuensem auxilio fretus, totam ferè
 sectio. insulam breui temporis spatio in potestatem suam
 redegit. Veneti autem ad eius insulae possessionem re-
 dimendam, classem validam discernunt, cui Raineri
 us Dandulus, vt ingenio & opibus potens cum im-
 perio

perio p̄fuit hunc .n. ferunt cūm multi ex patri-
 bus vrbes & loca insulæ recipienda solo aqua da cen-
 serent se omnia in potestatem redacta priuata im-
 pensa defensurum professum fuisse. Classe appulsa,
 quam primum Candida vrbs cum reliquis oppidis
 atque arcibus recepta, Miliacus Comes sub condi-
 tione acceptus, ex insula abiit, nec multo p̄st, noua
 in insula seditio exorta, Grajs quibusdam omnia
 perturbantibus. Ad quorum motus comprimendos
 Rainerius profectus, obtruncatur. Eius morte audi-
 ta Iacobus Longus & Leonardus Nauigaiosus cum
 duodecim triremib. ad insula p̄fidium missi sunt.
 Et cum his Iacobus Tepulus, qui Ducaria potestate
 insula p̄cesset, in Peloponessum etiam ad Methonis
 Coronisq; p̄fidium, Rafaël Zenus est missus, & vt
 insula status tutius in fide contineretur, noua in
 Creta colonia decreta, prædiaq; multa & amplavi. Noua in
 ritim diuisa, colonia deducta Agioſtefanite opibus Cretam
 & nobilitate inter Cretenses insignes, ab imperiocolonia
 deficientes, Mirabellum & Scythiam occuparunt.
 Ade corum conatus auertendos, Tepulus Dux Mar-
 cum Sanutum cum magna insulanorum manu pre-
 misit. Cuius opera haud magno negotio defectionis
 auctores expulsi, oppidaq; recepta, ortaq; deinde in-
 ter Tepulum Ducem & Sanutum discordia, non pa-
 rum ipsius insula statum perturbavit. Visus namque
 Sanutus est insulam ipsam à Venetis alienatam sibi
 velle vendicare, fuissent q; eius conatus non omnino
 irriti, nisi Dominicus Quirinus, & Sebastianus Be-
 tanicus legati cum ingentibus copijs ad Ducis sub-

VENETORVM DVCVM

fidium præstò fuisse. His auxilijs fretus Dux, Candum urbem & reliqua insula loca recepit. Sanatus sub conditione acceptus, ex insula abire est permisus. Nec multo post noui in Creta motus exorti, nonnullaq; insula loca ab Imperio defecerunt. Paulus Quirinus Dux ad huiusmodi motus cohibendos Petrum Tonistum, & Ioannem Grittum, cum exercitu mittit. Eos Constantinus Seuastus & Theodorus Melisinus insidijs exceptos fugant opprimuntq;, ingensq; Venetorum cades à Gracis edita. In quibus multi nobiles fuerunt. Dominico autem Dolfino insula Duce succedente, pax est cum Gracis confecta. Hac Ziano Duce domi forisq; gesta. Qui cum annos duos & viginti Reipub. præfuisse, senio confessus, sponte se Magistratu abdicavit, & in Diui Georgij fano, vbi post Ducatum parum vixerat, ex humanis decessit.



IACO-

VITAE ET RES GESTAE. 54
IACOBVS TEPVLVS,
Dvx XLII.



JACOBVS Tepulus, Dux suffectus est, anno vi- 1228.
gesimo octauo ducentesimo, & millesimo. Huius
Ducatures Cretæ non minus quam ante inquietæ
fuerunt. Sordilli nanque & Melisini omnia latrocinijs
infestantes, Insulanos ad defectionem abhoretur.
Ad eos conatus euertendos, Dux Marcum Sa-
nutum cum copijs aduocauit. Insulani ad defec-
tionem spectantes, ad Ioannem Vatacinum Lesbum
mittunt, eiq; insula imperium pollicentur. Is tres
& trin-

VENETORVM DVCVM.

Nouicre- & triginta naues in Cretensium auxilium misit,
tensum quibus appropinquantibus, Marcus Sanutus cum
motus. omnibus copijs ex insula excessit. Clasis Praefectus
urbes oppugnare adortus Rethiniam, Milopotanum,
Castrum nouum, dederuntibus Praefectis, in potesta-
tem suam redigit. Ad castellum postea, quod Boni-
facij dicitur, oppugnandum conuersus: Ducus inter-
uentu, qui ex Candida cum exercitu mouerat, inde
abire compulsus est, & qui a victoria cursus non ita
faciliis apparebat, videbatur, non sine periculo in in-
sula diutius immorari, rebus, hominibus, in naues
impositis, ex Creta excessit. Clasis apud Cretam
insulam fœda tempestate iactata, tota ferè fluctibus
absumpta est. Insula locaque ab Imperio defecerant,
receptas sunt. Compositis Cretensium rebus, non mi-
nor deinde cura Venetos incessit, Exagoratus nan-
que Rex, & Ioannes Vatacius, inito inter se fœdere
ad Bisantium oppugnandum, totis viribus arma pa-
rabant, quare matus Theophilus Bisantij gubernator,
& Theophilus Zenus Prætor, ad Tepulu Ducem
mittunt, de novo duorum principum non vulgarium
apparatu significantes. Ciuitas igitur rei periculo
commota, classem decernit. Quinque & viginti tri-
remes paucis diebus instructæ. Eorum imperium ad
Leonardum Quirinum, & Marcum Gissonium de-
latum. Classe in altum deducta, nunciatur hostium
classem Bisantium oppugnare. Eo nuncio clasis Prae-
fecti comoti, celer in navigatione Costantinopolim
contendunt, auditio Venetorum aduentu. Leo Gaual
la hostium clasis Praefectus soluta statione classem
soluit.

soluit. In eam Venetus inuectus, paruo temporis mo-
 mento, quatuor & viginti hostium triremes, reli- Naualis
 quis in mare disiectis, oppresit, urbemq; obsidione Venetorum
 liberatam ingreditur, pauloq; post classis Venetas victoria.
 deducta est. Nec tamen diu hostiam conatus quie-
 uere: Vatarius nanque quinque & viginti triremi-
 um classe denuo comparata, Bisantium iterum ob-
 sidere adortus est. In quem Ioann. Michaël tunc vr-
 bus Prætor triremibus sexdecim, que in portu erant
 paratis inuectus, decem nauibus captus, hostium
 classem fudit fugauitq;. Cum Genuenibus per id
 tempus in nouem annos inducia pactæ sunt, Grego-
 rius Pontifice ad id utroque maxime adhortante, per
 id etiam tempus Eccellinius homo obscuro genere or-
 tus & à Federico opibus & auctoritate auctus. In
 Italiam magnam tyrannidem sibi comparauit, qui
 Patauinos magnis pollicitationibus adortus, fœdissi-
 sum illis tunc primum seruitutis iugum iniecit.
 Et cum in eos sauvissime grassaretur, quamprimum
 Patauini Venetas tanquam ad ultimum libertatis
 refugium configurerunt. Cumq; vniuersa ferè Italia
 Federici & Eccellini armis vexaretur, fertur Tepu-
 lum Principis filium apud Mediolanum dimican-
 tem, à Federico captum, & in Apulia missum, misé-
 rabiliter trucidatum fuisse. Federicus autem Vene-
 tis infensus, quoniam Gregorij Pontificis partes ad-
 uersus eum tuerentur, cum à Pontifice anathemate
 notatus & imperio priuatus fuisse, vel quia Cetea
 paucis mille viris onusta, qui Federico militabant, in
 Syponi portu à Venetis oppressa combustaque fuerat,
Venetos

VENETORVM DVCVM

Federici Venetos fines hostiliter inuadit, & ad Hilarij adem
in Vene- progressus, inde Bebianam turrim citato agmine pe-
tos bellū. tit. Verū magna leuum nauigiorum vi in subsi-
dium missa, loco cedere coactus est. Sub his tempo-
ribus, Petitionum forum ad ciuiles causas cognoscen-
das institutum. Genuensibus poste à auxilia ex fæ-
dere aduersus Pisanos potentibus, classis sexaginta
triremium sub Andrea Tepuli, Ducis filij Imperio in-
structa. Is primum Polam delatus, quæ à Venetis de-
fecerat, recepit, receptam diripuit, & incendio penè
absumpsit. Dirachium deinde accessit. Cum inter-
rim allatum est apud Cyrinum insulam Genuenses
Federici & Pisanorum classem superasse. Classe igi-
tur domum reducta Iadera Ioanne Michaële Prato-
re electo, quinto à Venetis defecit. Ad eam recipien-
dam valida classis decreta est. Quinque & quadra-
gintatricremes, Rainerio Zeno Praefecto instructa,
traectisq; in Dalmatiam copijs, vrbs obsidione cin-
cta, & duobus mensibus oppugnata, demùm ad de-
ditionem compulsa est. Ea recepta, cum Bella Pan-
nonie Rege actum est, vt omne ius, quod ille & alij
Reges in ea vrbe habuissent, Venetis remitteret. Te-
pulus poste à cùm annos viginti Reipu. prefuisset,
ex vita discessit. Et in aede diuorum Ioannis
& Pauli, honorificè est sepul-
sus.

MARI-

VITAE ET RES GESTAE. 56
MARINVS MAVROCENVS,
DUX XLIII.



MARINVS Maurocenus, Dux declaratus est. 1248.
Hic primus dicitur vnius & quadraginta viro
rum electione creatus fuisse, quæ deinceps creandi
Principis forma ad hunc usque diem seruata est.
Sub huius temporibus Gregorius, vel, ut alij tradunt,
Alexander Pontifex, Philippum Funtanam Rauen-
natem Antistitem legatum Venetias misit, Vene-
tosq; ad arma aduersus Eccellinum capienda adhor-
tatus est, diuinis propositis pramijs, qui ad tam piam
expe-

VENETORVM DVCVM

expeditionem transirent, quare Veneti copias, com-
meatus, naues, & quicquid gerendo bello vsui futu-
rum esset, Philippo dedere. Et primùm expugnatis
hilippi quibusdam oppidis, Patauium inde admota castra.
r Vene- Huc Ansedinus Eccellini nepos Patauij Prator ac-
rum in currit. Sed Philippus Venetiq; ad Pontem curuum
Patauos magno impetu adorti, urbem ingressi sunt. Inde ad
xpeditio Altinatis portam non sine cæde & cruento concur-
sum. Et ex ea quoque parte ciuitas expugnata est.
Ansedinus autem desperatis rebus salutem sibi fuga
quaesivit. Eius aufugio ciues ditionem fecerunt.
Arx etiam quarto post die recepta est. Eccellinus in-
terim, qui circa Mantuam confederat, auditio de Pa-
tauij amissione nuncio, ibi ira incensus duodecim
Patauinorum millia, quos in castris habuisse dici-
tur, ad vnum necauit. His peractis, Dux senio confe-
ctus, cum annos quatuor ducasset, ex viuis decessit.
Huius corpus in Diui Marci vestibulo conditum est.
Tumulo non magnifico, sed nihil aut parum à vul-
garibus dictante, hac inscriptione.

HIC REQVIESCIT DOMINVS
MARINVS MOROCENVS DVX.

RAINE-

VITAE ET RES GESTAE. 57
RAINERIVS ZENVS,
DVX XL.III.



RAINERIVS Zenus in Ducatu successit, an- 1252.
no quinquagesimo secundo, ducentesimo supra
millesimum. Huius temporibus grauissimum cum
Genuensibus bellum exortum, grauissimeq; ex eo v-
trinque illatae acceptaq; clades. Causa à Genuensi-
bus exorta ob Ptolemaidem in Syria urbe Christia-
ni incolentibus, Veneti, Genuenses, & Pisani, quia
in eius urbis expugnatione socias classes miserant, in
ea separatas areas, separatosq; vicos habebant, nec

H aliud

VENETORVM DVCVM

aliud prater diuinatempla inter Venetos & Genuenses commune erat. De Monasterio sancti Sabba controuersia orta est, quod uterque populus sibi debere contendebat. Causa ad Alexandrum Pontificem ad cognoscendum delata, ille per litteras declarauit fanum ipsum sacraq; omnia communia esse debere. Verum Genuenses cognita prius Pontificis declaracione: freti benevolentia Philippi Montis fortis urbis prefecti, Locum occupant, & exclusis Venetis, eum communitum in arcis modum redigunt. Hac affecti iniuria Veneti abeuntes, inito cum Manfredo Sicilia Rege fædere, aduersus Genuenses armasumunt, & classe comparata, in Ptolemaidis portu Hostium classem trium & viginti magnarum nauium inuentam. opprimunt atque incendunt. Diui Sabbe monasterium eodem impetu captum diripiunt. Eaclede irritati Genuenses, classe duarum & tricentri tremium comparata, apud Tyrum Venetis occurvunt. Veneti autem de industria cedentes, rerum Gracarum memores, ut suis ad Bisantium subsidio essent, in Ponticum cessere. Genuenses autem indignitate rei moti, ad cladem vlciscendam, ingentem iterum classem decernunt, triremes q; quadraginta, & naues decem, in Syriam mittunt. Veneti autem in tanto hostium apparatu, haud cessandum rati, triremes quindecim, & onerarias decem, sub Andree Zeni imperio educunt, ex Ptolemaide etiam circiter **Naualis** quadraginta minora nauigia comparata, & inter Victoria. Ptolemaidem & Tyrum, uterque classes sibi obuiam factæ, continuose ad pugnam expediunt. Magnisq; ytrin-

utring viribus concursum. Sed à Venetis sociorum
 Pisanorum classe auctis, funduntur fuganturq; ho-
 stes. Multa eoram naues demersae, viginti quinque
 capte. Reliquæ trepidâ fuga Tyrum contenderunt.
 Veneti post victoriam Ptolemaidam concedentes,
 hostium nauibus cum multis Genuensium millibus
 adductis, omnia publica & priuata Genuensium a-
 dñsia diruunt, eorumq; bona diripiunt. Hac clade
 audita, ita commotus Pontifex dicitur, vt non prius
 Venetorum oratores dimittere voluerit, quam ca-
 ptiuos Genuenses dimitterent. In Gracia etiam
 per id tempus res parum quieta fuerunt. Paleolo-
 gus enim Michaël Theodori filiorum tutor, Baldui-
 no Imperatore & Pantaleone Iustiniano Antistite
 electus, ciuibus illum in urbem noctu admittenti-
 bus, Constantinopolim occupat. Qua adepta, pue-
 ris clàm sublati, ipse imperium assumit, anno po-
 quam à Gallis & Venetis acceperum est, octo &
 quinquaginta. Veneti igitur ad tuendas Aegei ma-
 ris insulas Marcum Michælem, cum decem & octo
 triremibus misere. Mandaruntq;, vt omnia Paleo-
 logi infesta redderet. Quod ita strenue factum
 est, vt ille rerum desperatione, non parum de re-
 linquenda Bisantio cogitauerit. Verùm Genuenses
 societate inita, ei auxilia præstantes, omnem Clas-
 sem, quam tunc in Histria habebant, in Graciā
 misere. Veneti autem initio cum Gulielmo Acha-
 ie Principe foedere, clasii, qua in Graciā mis-
 sa fuerat, septem & triginta triremes addidē-
 re. Ea clasii in Graciā transmissa, sexaginta

VENEATORVM DV CVM

Gracorum Genuensiumq; naues, obuias habuit. Sed
 Venetoru*m* illis nihil mouentibus, Veneti etiam numero nau-
 um impares à pugna abstinuerunt. Clasis autem in
 Eubœam delata, insulam ipsam ex Federici Siciliae
 Regis filij manib. erectam, in suam rededit potesta-
 tem, Apud Thessalonicum vero sinum, tres Venetae
 naues ab hostium classe oppresse sunt, captiui omnes
 partim à Genuensisibus interficti, partim à Paleolo-
 go excacati. Clasis Veneta, quia hyems appeteret,
 Venetas reducta est. Anno deinde sequenti due &
 triginta triremes sub Giliberti Danduli imperio e-
 missæ, quæ in Græciam appulsa, apud Bosporum ho-
 stium classem validissimam obuiam habuerunt. Est
 cum ea grauiter conflictatum, pugna primum utrin
 que acerrima fuit. Post Genuenses, quatuor amissis
 nauibus, fugam capescentes, Epidauri portum tenue-
 runt, sed paulo post eam cladem resarcientes, tres
 Venetorum onerarias commeatu refertas oppresse-
 runt. Paruo deinde interiecto tempore, Veneti quin
 que & quadraginta triremes in Genuenses constru-
 xere, quæ in Syriam profectæ, apud Tyrum Ceteam
 hostium nauem inuentam, intercepterunt. Genuen-
 ses autem parpari referentes, decem Venetas onera-
 riis, mercibus onustas, nauemq; vnam, à magnitu-
 dine Validam arcem appellatam, in Adriatico sinu
 adorti, mercatoribus cum parte mercium in terram
 fugatis, naues ipsas penè vacuas adepti sunt. Qui-
 dam autem medio mari concursum tradunt, Vene-
 tos q; ferè omnes in nauem ingressos, triremib. cum
 merce amissis, Venetas contendisse. Nec multo post
 noua

noua classis constructa, Iacobo Dandulo Praefecto. Ex Venetis nanque sex triremes exiere. Ex Iadera tres his additae sunt, ex fratre Siculo tres alia affuere, quatuorque, deinde ex Euboea adiunctae auctae. In hunc modum classe Dandulus Ragusium applicuit, ibique Marcum Gradonicum cum decem triremibus inuenit, iunctisque simul triremibus, in Siciliam transierunt. Vbi tres Genuensium triremes inuentas oppresserunt. Genuenses eius clavis nuncio accepto, & de hostium classe certiores facti, octo & viginti triremes emittunt. Quae celeri navigatione in Siciliam delatae, apud Drapanum Venetis occurserunt, atrociter commissa pugna, diu dubio Marte certatum. Demum Genuensis in inclinantibus, quatuor & viginti triremes captae, reliqua combustae, & medius fluctibus de Genua depresso sunt, duo millia & quingenti Genuensium ensibus vi capti, mille & ducenti casi, plurimi fluctibus assumpti sunt. Venetis etiam non sine cruento ea victoria contigit. Ea clade ita Genuensium res fractae sunt, ut Paleologus eorum societatem aspernatus, cum Venetis inducias in quinquennium pactus sit. Domini etiam interim non parua seditio Rempu. turbauit, Exhausto enim ob diuturnum bellum erario, nouum vectigal patres imponendum curarunt. Illud cum populus publicari andiuisset, in curiam impetum fecit. Ingens se Rainerio Principe ad sedandum tumultum egresso, ditio plebs Ducaria maiestate neglecta, cum lapidibus incessit. Ille autem plebeio cedens furori, se in medios sustulit. Quo abeunte furibunda plebs magis ad gradandum accensa, aliquot nobilium domos diripiuit.

H 3 Demum

VENETORVM DVCVM

Demùm tumultus dato, infantes grauiissimè animaduersum est. Sub id etiam tempus, apud Ptolema idem, classis trium & viginti triremium, Marci Gradenici auspicijs deducta, oculo Genuensum naues mercibus onustas interceperunt. His domi forisq; ge^{stis}, Zenus Princeps cum annos decem & septem Remp. administrasset, diem obiit.

LAVRENTIUS TEPVLVS, Dux XLV.



2268. L AVRENTIUS Tepulus, Ducatus successio-
nem obtinuit, anno sexagesimo octavo, ducen-
zesimo,

desimo, & millesimo. Sub prima huius administratio-
 ne, Clemens quartus Pontifex, Venetos & Genu-
 enses ad pacem maximè adhortatus est. Galliarum,
 & Sicilia Regibus ad id etiam maximè instantibus,
 ut commodius Christianis in Syria laborantibus, o-
 pem ferrent. Legatis igitur vtrinque Cremonam
 misis, inter Genuenses & Venetos, cùm pax fieri
 non potuerit, inducie in quinquennium sunt pactæ.
 Cum Pisaniis etiam fœdus renouatum est. Sub idem Ingens fa-
 pus ingenti fame ciuitas grauiter oppressa est, Ap-
 pulis Siculisq; frumenta negantibus. Genuensibus
 etiam mare infestantibus, frumentatoribus sine
 periculo nauigandi facultas sublata erat. In tanta
 rerum necessitate, Tarusium, Patauim, Ferrariam, ad aliasq; vicinas vrbes, cum pecunüs est mis-
 sum, rogatumq; ut ciuitati tanto in discrimine sub-
 uenirent. Præcipue Patauinis recentissima merita
 memorata, quibus ab Eccellini tyrannide seruitutis
 iugum fuisset ademptum. Sed omnia irrita fuerunt,
 plusq; ingratitudo, quam aut preces, aut pecunia,
 aut merita valuerunt. Veneti igitur indignitaterei
 moti, nouum vectigal omnibus intra Adriaticum si-
 num, & Padi hostia negotiantibus imponit. Ad idq;
 aliquanauigia ad eoram maritimam perlustrandam
 sunt missa. Quam rem Bononienses iniquo animo
 ferentes, Venetas legatos mittunt, legisq; abroga-
 tionem, & liberam suis negotiatoribus nauiga-
 tionem requirunt. Sed ea non impetrata, bellum
 denunciant. Tepulus igitur eorū conatus intelligens:
 ut hostes præueniret, nouem triremibus extructis,

VENETORVM DVCVM


celeri cursu ad Padi hostia, quod Primarium vocant, concessit. Bononienses autem apud diuum Albertum castellum munientes, militari praesidio firmant. Ibi que Veneto Duce, cum maritimis copys occurrente, non incruenta vtrinque victoria sepius dimicatum,

Bellum Verum Bononienses copiarum numero superiores, Bononien pluribus in pralijs victores fuerunt. Ad quadraginta nanque hominum millia in castris habuisse dicuntur. In triennium bellum laboriosissimum protractum est. Demum Marco Gradonico Duce ad ultimum conatum totis viribus est. concursum. Eoq; in prilio graui clade accepta, hostes fusi fugatiq; sunt. Qua strage fracti, ea lege pacem acceperunt, vt disrupto ad Primarium castello, quarundam mercium libera eductione permissa, Padi hostiorum custodia Venetis dimiteretur. Anconitanis etiam nouum sibi imponi vectigal indignantes, apud Pontificem questisunt, qui Venetis suasit, vt exactionem illam tollerent, liberamq; nauigationem Anconitanis dimitterent. Hi autem responderunt, Anconitanos non rectèrem ad Pontificem detulisse, eumq; cognitare melius iudicaturum. His rebus gestis Tepulus, anno sui ducatus sexto, diem obiit, & in Gemellorum aedes situs est, apud Iacobum patrem ducem 42. (cuius supra mentio facta est) in communis sepulchro, & utriusque sequentia carmina Epitaphij loco simul posita sunt:

QVOS natura pares studijs, virtutibus, arte,
Edidit illustres, genitor natusq; sepulti

Hac

Hac sub rupe duces Venetum, clarissima proles
Teupula, collatis dedit hos celebranda triumphis.



*Omnia praesentis donauit prædia templi,
Dux Iacobus valido fixit moderamine leges
Orbis, & ingratum redimens certamine ladram,
Dalmatios q[ui] dedit patria post Marte subactos.
Graiorum pelago maculauit sanguine classes,
Suscepit oblatos princeps Laurentius Istrros,
Et domuit rigidos ingenti strage cadentes
Bononia populos, huic subdita, Seruia cessit.
Fundauere vias pacis, fortig, relictæ
Re, Superos sacrū petierunt mentibus ambo.*

**D OM INVS I AC OB VS O BI IT M.
C CL I. D OM IN VS L A VRE NTI-
VS O BI IT M. C CL XXVIII.**

H S IACO-

VENETORVM DVCVM
IACOBVS CONTARENVS,
DVX XLVI.



1274. **I**ACOBVS Contarenus, Dux declaratus est, anno septuagesimo quarto, ducentesimo & millesimo. Sub primis eius Principatus temporibus, due Genuensium naues, oneraria in unam Venetorum mercibus onustam interceperunt. Qua re bellum ferè cum Genuensibus est renouatum. Verum missis Genuam legatis ad repetendas res, cù redditæ fuerint, omnia pacata redierunt. Sub id etiam tempus Iustinopolitanis à Venetis defeccrunt. Ad eos ad imperium
renocan-

reuocandos, Andreas Basilius cum non paucis copys
 est missus. Illi verò ad Aquilegiensem Antistititem mis-
 tunt, orantq; , ut vicina & amicæ ciuitati opem fe-
 rat. His precibus motus ille, tumultuario milite con-
 scripto, finitimi succurrere parat. Sed parum auxi-
 lia profuerunt, victi namque illi, ad imperium redi-
 re sunt coacti. Cum Anconitanis etiam per id tem-
 pus decertatum. Belli causa ex lege de Portorijs orta Bellum
 dicitur, cui nullo pacto illi quieturi videbantur. Sex Anconita-
 nis igitur & viginti triremes instructa, aliquot q; one- num,
 raria ad commeatus & alia ad bellum necessaria
 apportanda. Sub primo appulsi, Veneti portum op-
 pugnare adorti sunt, vnde cum repulsi fuissent,
 nec ullam classem firmam stationem haberet, atroci
 tempestate iactata, classem ipsa in proximis scopulis
 non mediocriter conflictata est. Triremes sex apud
 Sinogalliam in littoribus impacta, perierunt, re-
 liqua superatis fluctibus, in alcum euaserunt. In ea-
 rum supplementum aliquot triremes missa sunt.
 His venientibus, hostis dolis agendum ratus, suis na-
 nibus Venetorum affigit insignia, Venetosq; , veni-
 entes cursum ad se flectere inuitat, ealudificatione
 duas triremes ad se allectas impetu facto capit, in
 portumq; , ingenti cum latitia adducit. Veneti ob-
 rem Ducis insidia male gestam, illum cum reliquis
 triremibus reuocant, & in carcerem adigunt. No-
 na postea classe instructa, iterum Anconem obside-
 re adorti sunt: quare moti ciues ad Nicolaum ter-
 rium Pontificem tunc creatum, mittunt, docentq; ,
 quantum discrimen suis rebus à Venetis immineret.

Orare

VENETORVM DVCVM

Orare igitur, ut ciuitati, Romana ecclesia obseruantissimam tanto in periculo succurreret. His precibus Pontifex motus, legatos Venetos, qui officium gratiae ad obedientiam offerendam, Romam accesserant, ad gratulationem non admissos, à conspectu suoreiecit eosq; ob id à Venetis revocatos abeuntes ex itinere ad se retraxit, & grauissimis verbis increpuit, & nisi ab omni Anconitarum infestatione desisteret, Venetae ciuitati comminatus est. Legatis Venetias appulsis, quo die ad concionem admissis sunt, decim triremes ad supplementum Anconem missa sunt. Hostes autem Venetorum constantiam cernentes, fractis animis, per legatos pacem implorarunt. Sed ea non impetrata, Legatis domum dimisis, quatuor decim triremes apud reliquas mittuntur, ex quibus due ab alijs aliquantulum in mare distracta, ab hostibus intercepta sunt, pauloq; post equis conditio-


Pax cum nubibus pax secuta est. Dux senio confectus cum ob anconitam nos parum Reipu. prodesse posset, se magistris,

tu abdicauit. Qui paucis post diebus
mortem sublatuus est, & in ade
Minorum honorifice
sepultus.



IOAN-

VITAE ET RES GESTAE. 63
IOANNES DANDVLVS,
DVX XLVII.




JOANNES Dandulus, Dux suffectus est, absens - 1280.
q̄ declaratus, anno octuagesimo ducentesimo &
millesimo. Sub huius temporibus aquæ ita in immen-
sum creuerunt, vt totam ferè urbem inundauerint.
Terræmotus paulò post horribilis secutus dicitur.
Cum Aquilegiensi Antistite nouum bellum exor-
tum. Defecerant à Venetis quidam Histriae populi, Bellum
eos cùm Veneti armis ad imperium reducere para-
rent, ob idq; classem eō cum copys transmisserent,
ipse

VENETORVM DVČVM

ipse Aquileiensis cum auxiliaribus copijs præstò fuit, verum cum se copijs & viribus inferiorem cerneret, facile ceſſit, sed non multò post, ille cum Coregiano Comite societate inita, nouis copijs & fauoribus auctus, denuò omnia circa Histriam Venetis infesta reddidit, aliquot q̄, oppida ad defectionem compulit. Veneti igitur ad eam belli famam, armaclassemq; continuo parabant. Ad sex namque & tringita hominū millia in hostium castris esse fama erat. Magna itaque classis, ingensq; narium numerus decretus, ex his qui per etatem arma ferre poterant, tertia pars in naues imposita. Classis in Histriam appulsa, ad Tergestum castra admouit, eamq; oppugnare adorta est. Verum urbs valido prædio munita, expugnari non potuit. Et quia videbatur obſidio non ita breuis futura, ne tanta copia circa Vrbem tam diu tempus tererent, aliquot præfidj; & munitionibus ad hostium occursus inhibendos eretis, reliqua copia alio transmissa sunt. Paucis post diebus cum hostis affuisset, tentauit munitiones ipsas oppugnare. Verum qui ad præsidium dimissi fuerant, non solum viriliter locum defenderunt, sed etiam eruptione facta, in hostes atrociter concurrerunt. Dicatum est acriter utrinque: quia in pugna multi ceciderunt, cum hisq; ipsius Coregiani Comitis nepos. In ea expeditione Gardamus, homo non parui nominis, qui Venetis militabat, perfidia expeditio coniunctus, quoniam de præsidio tradendo cum hostibus egerat, tormento impositus, in hostium castra injectus est. Et cum hostis nulla via proficere videtur.

deret, re infecta abiit. Eo digresso, rursus à Vencitū
 vrbis est oppugnatione tentata, sed non sine cruento
 à māenibus sunt repulsi. Et cum postea ad obsi-
 dionem continuandam præsidium reliquistent, quia
 hostes redire nunciatum est, relicta obsidione con-
 festim abierunt. Sub id tempus in Syriacam Baby-
 lonio Rege & Venetiis in biennium induciae sunt pa-
 tæ. Paulog̃ post Nicolao Pontifice Europæ duces
 ad opem Christianis in Syria laborantibus feren-
 dam, adhortante, cum ipse quingentos equites in
 ea expeditione dedisset: ad eos in Asiam deuehen-
 dos, Veneti viginti triremes obtulere. Ad id Tri-
 politanus Antistes Venetias missus est. Veneti et-
 iam ipsi, ne in tanta expeditione pro Christiano no-
 miue cessarent, apud commeatum & nauticas res
 præstitas, quinque ad alias suo nomine triremes sub
 Iacobi Tepuli imperio instruxerunt. Verūm appa-
 ratus illi parum profuerunt. Orta namque inter
 Christianos discordia, Soldanus misso cum innu-
 merabili exercitu filio, Ptolemaidem oppugnare ad-
 ortus est, quæ aliquandiu Christianis defensa. Inde
 deficientibus auxilijs, qui in præsidio erant pau-
 latim fugientes, desertam cultoribus urbem reli-
 querunt. Eam Soldanus ingressus statim igni ferro-
 q̃ diripuit, anno postquam à Christianis capta est,
 centesimo & nonagesimo sexto. Sub eius et-
 iam tempus aureus nummus runc primū cuds
 cœptus est. Dandulus postea anno sua admini-
 strationis decimo, naturæ concessit, eius corpus
 ad Gemellorum adem delatum, in circuitu
 templi

VENETORVM DVCVM
templi humatum est , & Sarcophago hæc carmina
incisa sunt:



D Andalei generis magna virtute Ioannem,
Hac breuis illustrem continet vrnæ Ducem:
Claruit in magnis eius sapientia rebus,
Quem monstrauerunt ardua facta probum.
Consilio pollens, sensu maturus, acutus,
Ingenio prudens, eloquioq; potens.
Præ cunctis patriam summo dilexit amore,
Illi ad regimen prouidus atq; vigil.
Annis dum Christi currebant mille ducenti,
Octoginta nouem, Spiritus astra petit,
Qui defunctorum fruitur suffragio luce
Decedens mundo consociatur eis.

PETRVS

VITAE ET RES GESTAE. 65
PETRVS GRADONICVS,
DVX XLVIII.



P E T R V s Gradonicus, cùm Iustinopolis prator
effet, absens Dux est declaratus, anno nonagefi-
mo ducentesimo & millesimo. Is inito Magistratu,
Diua Catherine diem, cuius erat deuotissimus, inter
festos obseruari mandauit. Sub id tempus Andreas,
Pannonia Rex, matre Veneta ex Maurocenorum fa-
milia ortus, Venetas accessisse dicitur. Huius Ste-
phanus pater Ferraria ex Principis filia posthumus
natus, occupato à propinquis regno, cùm adultus fa-

1290.

I ctus

VENETORVM DVCVM

Etus esset, Tomasinam Maurocenam vxorem duxit,
 ex qua hic Andreas natus est. Qui postea regnum no-
 men regumq; recipit. Cum Genuensibus per iacentem
 pus bellum est renouatum, quod eo grauius & lero-
 riosus, quam quod superioribus annis gestum erat,
 Venetis contigit, quia Genuenses grati bello Pisanos
 adorti, ita eos plurimis illatis cladibus attriuerant,
 ut illorum opes magna ex parte fracte succisaq; vi-
 derentur. Ad eos presenti periculo leuandos, quoni-
 am his in Ligustico bello anteā fidis socijs vni fue-
 Validissi-
 ma Vene-
 riant Veneti, etiam ut Ligurem ab eo victoria cursu
 retardarent, ingenti classe sexaginta triremium
 tornm & comparata, Rogerio Mauroceno Praefecto, in Ponti-
 Genuen-
 cum mare in Genuenses misere. Primumq; ad Pe-
 sium clas-
 ram mouentes, locum ipsum oppugnārunt, incen-
 ses.
 dioq; absumperunt: Inde ad Folia vetera classe ad-
 mota, hoc quoque oppidum caperunt, maioriq; ex
 parte combusserunt. Sequenti anno Ioanne Superan-
 tio Praefecto, quinque & viginti triremes in eam
 Prouinciam sunt missa, ab hisq; Caphata in Thra-
 cia vrbs, occupata est, & ibi classis, cum hyems appe-
 teret, hybernauit, eiusq; hyemis immensis frigori-
 bus, aliquot turmae consumptae sunt. Genuenses au-
 tem & ipsi non cessantes, Lampade Aurio Praefec-
 to, septuaginta triremibus extractis, in altum pro-
 cesserunt, & Venetum sinum ingressi, ad urbem ci-
 tato cursu iter intendebant. Veneti autem ad eam
 validissima classem famam, maximis conatibus,
 quinque & nonaginta triremes paucis diebus instru-
 etas eduxerunt. Ambae Classes ad Corcyram nigram
 pugnandas

pugnandi studio conuenere. His accensis utrinque animis est concussum, Carolo & Andrea Dandulo Prefectis, ingens pugna cedes quod horribilis commissa: Demum fædissima orta strage, Veneti funduntur, fuganturque magna est clades accepta. Nectamen ea victoria hostibus incruenta fuit, ingens namque eorum quoque cedes facta est. An non nullis etiam traditum, non minorem Ligurum quam Venetorum stragem fuisse. Alij tradunt, sex & triginta Venetorum triremes certamen detrectantes, clades prælio euafisse. Capta ad quatuor hominum millia, & cum his Audreas Dandulus Praefectus, qui ne captiuus Genuam perduceretur, triremi capite grauiter impacto, vitam cum morte commutauit. Ciuitas tanta clade accepta, ad reparandas vires animum intendens, ne hostes victoria elati Venetias versus mouerent, quinque & viginti triremes Marco Basilio Praefecto in altum misere: que circa Helenponsum cum hoste congresse, non meliore fortuna quam ante ad Corcyram pugnauerent, Sexdecim namque triremes ab hostibus capta, reliqua fusa fugate sunt, Ea victoria adepta, victor hostis in Cretam tendens, primo impetu Cydonem urbem occupavit. Ad haec mala grauissime deinde ciuium coniurationes accesserunt, & primùm Marinus quidam Boconius plebei ordinis, homo audax, & ad facinus promptus, iu Principis & optimatum cædem coniurauit. Verum coniuratione patefacta, Marinus cum socijs in potestatem redactus, ad geminas columnas suspendio negatus est. Cum Pataui-

VENETORVM DVCVM

nis nouum bellum exortum, Hi nanque cùm locum
in stagnis, cui Petabule nomen est, communissem,
cum Veneticonfestim diruerunt. Cum Paleologo et-
iam ob pecuniam quam Venetis debebat negatam
eo tempore bellatum. Clasis sub Beleti Iustiniani
imperio septem & viginti triremium ad id bellum
est missa, que multas Gracorum naues circa Cre-
tam, & Eubœam inuentas oppresit. Graci qui in his
fuere, omnes ferè necati, inde ad populationem clas-
sis conuersa, omnem circa Graciam maritimam o-
ram igni ferroq; vastauit, quare tantus est hosti me-
tus iniectus, ut pecunia oblata, pacem à Venetis im-
plorauerit, classis Venetias adduxta, quindecim ca-
ptiuorum millia adduxisse dicitur. Sub id tempus Ve-
neti Friscum Ferrariensem, qui patre Actione electo
Ferrarien & necato, Ferraria dominatum occupauerat, ad-
suum de- iuantes, castellum Tealdum expugnarunt. Quo fa-
ditio. Edicto Friscus urbem ingressus, eius dimidiam ferè par-
tem incendit. Ea iniuria ciues indignati, Frisco eie-
cto, Venetis sese dedunt. Clemens autem Pontifex
urbem Ecclesia subiectam, à tyranno vexatam, & in
Venetorum imperium redactam agrè ferens, Vene-
tos anathemate notat, sacrisq; interdicit, eorumq;
bonis direptis, eos etiam pro seruis, vbi cunque capti
fuerint, haberi mandauit. Quo edicto ciuitas multa
damna & incomoda eorum rbiq; direptis bonis,
Pontificis perpetra est. Legato deinde Pontificis cum validis co-
edictum p̄ijs non paruoq; equitatu à Florentinis accepto, ac-
in Vene- cedente, Veneti Ferraria ultrò cesserunt. Atrox de-
tos. inde coniuratio ciuitatem inuasit. Laiamon Tepu-
lus

Ius ex familia patritia ortus, ad occupandam per ty-
rannidem urbem, animum adiecit. Is enim cum non
paucis & patritijs & humilioris fortuna viris con-
spiracye facta, conuenit, ut statuta ad facinus die,
momento temporis Duce cum primoribus interem-
pto, Remp. inuaderent. Accidit autem quasi diuinis-
tus, ut quo die erupturi erant, ingens tempestas, ma-
gnaque ventorum vis, orta esset, ita ut omnia strepitu
complerentur. Re interea ad Principem & patres
delata, per totam urbem clamandum curarunt, ut
qui Rempu. saluam esse vellent, in curiam ad opem
Duci & patribus afferendam aduolarent. Coniura-
ti autem iam in aream Diui Marci prorumpentes,
omnia armis compleuerant. Optimates vero cum
plurimis in auxilium concurrentes, coniuratorum
imperum fortiter repellunt, fædissimaque cædes exor-
ta. Baiamon, ubi fortunam inclinare vidit, area pu-
blica exiens in mercatoria via à muliercula quadam
lapide supernè deiecto, vulneratur. Inde ferro à suis
oppressus est. Multi patriti coniurationis conscijs, se-
curi subiecti sunt. Baiamontis aedes disruptæ, eiusque Baiamon-
bona in publicum redacta. Ex quibus aedes illæ suis
memorantur, ubi nunc Macellum in Rio alto est. Fe-
sta Diui Viti martyris, quo die coniuratio oppressa
est, quotannis Principe ed cum frequenti Senatu ac-
cedente, proseruat a libertate celebrantur. Quidam
autem aliter tradunt. Nec Baiamontem occisum,
sed patefacta coniuratio, illum cum reliquis con-
scijs exula esse. Ob idque tunc primum Decemviro
eos dicunt. Per eæ tempora Iadera Michaële Mau-

Tepulana
coniura-
tio.

VENETORVM DVCVM

voceno Comite expulso, sextò à Venetis defecit. Ad eam recipiendam Beletus Iustinianus Praefectus cù classe missus est. Hui rebus gestis Dux, anno suo magistratus duodecimo, è vita discessit, & ad Cypriani adem sepultus est.

MARINVS GEORGIVS, DVX XLIX.



1303. **M**ARINVS Georgius Dux successit anno Domini tertio & tercentesimo supra millesimum. Eius tota administratione Veneti anathematis interdi-

terditto obnoxij fuere. Apud Iaderam etiam parum prosperè bellatum, Duxerat in Dalmatiam Iustinianus Venetias copias, & cum his mille equites, quibus Damasus quidam Hispanus genere, homo non infrenatus, praeerat. His copijs Iaderam obsidere, adorti Iadera sunt. Iadera interim praeerat Barus quidam nomine, obsidio, qui cum pacem non aquis conditionibus tentasset, nec accepta fuisse, ad dolos conuersus, cum Damaso clam egit, ut duobus millibus aureorum nummis acceptis, urbem ingredetur, ibi cum ampio stipendio quamdiu vellet praefisset. Ad hec nauigia ad suos suosq; asportandas res, quando inde abire vellet, promittit. His promissis allectus, habito cum suis consilio, die statuto eductis copijs veluti urbem oppugnaturus, cum suis urbem est ingressus. Ea nouitate attorniti Veneti ab homine perfido metuentes, ne aliquæ maiorem cladem acciperent, retrouertentes, ad naues se receperunt. Damasus autem ne omnino proditor haberetur, se pacis arbitrum inter Venetos & Iadrenses exhibuit, ob idq; ad hostes se trasiisse ostendit. Verum cum nihil profecisset, nauibus ex fædere acceptis, in Apuliam transmisit. Verum ille sua perfidia paulò post meritis penas luit, fœda namque tempestate iactatus, nauis scopolis impacta, rebus & pluribus socijs amisis, naufragus paruo nauigio ascenso, agre vite discrimen cuasit. Georgius postea amplio Diuō Dominico fano adficiato, eoq; priuatis bonis dotato, cum menses decem Reipu. prafuisset, diem clausit extremum, & ad Diuorum Ioannis & Pauli adem sepultus est.

VE NETORVM DVCVM
IOANNES SVPERANTIVS,
DVX L.



1304. **I**OANNES Superantius, ad Ducatus administrationem elatus est, homo facilimis moribus, & ingenio ad benevolentiam contrahendam accommodato. Is quamprimum Iadrenses ad fidem retrahit. Procuratorum numero per id tempus tres alij torum nu additi. Spalatrum, Tragurium, Sibinicum, & Cemerus au nonam in fidem concederunt. Ciuitas Pontificis interdicto Francisci Danduli legati opera liberata est. Ferunt illum ad Pontificis conspectum catena ferrea

ferrea collo iniuncta tandiū in morem canis posita-
 rum iacuisse, quo ad victa illius ira, ignominiosam no-
 tam patrie adserisset, atq; ob id Canis cognomen illi
 poste à fuisse. Per hæc tempora triremes quindecim
 Iustiniano Iustiniani Praefecto sunt missæ, manda. Liberan-
 tumq; vt omnia maria perlustraret, an aliquid à Ge tur Vene-
 nuensibus moueretur, quos fama erat, non parum tū inter-
 per eā tempora res Venetas infestare. Verū cū dicto.
 omnia pacata inuenisset, Iustinianus incolumen
 classem Venetas reduxit. Sub id tempus, Vetus na-
 nale, quod vulgo Arsenatum vocatur, magna ex parte
 est auctum. Eo duce quadraginta triremes ad-
 uersus Genuenses in Ponticum mare Iustiniano Prae-
 fecto sunt missæ, quæ non paucas hostium naues a-
 pud Bosporum, res Venetas infestantes, oppresse-
 runt. Clāsus deinde ad Pera oppugnationem conuer-
 sa est. Quare territi Ligures, Venetis promittunt, si
 ab oppugnatione oppidi abstineant, se paratos esse
 damna Venetis illata persoluere, & quicquid in tān-
 ta classe paranda esset expensum. Pace illis sub his Pax Peren-
 conditionibus concessa, clāsus est Venetas adducta. sious re-
 Per eā tempora, Patavinis aduersus Mastinum Sca-
 lam Veneti auxilio fuerunt, tyrannoq; ab eorum cer-
 uicibus repulso, pristinam Patavini libertatem rece-
 pere. Eius ciuitatis administratio Marsilio Carario
 est concessa. His domi forisq; gestis Superantius
 cū annos sexdecim & menses sex Remp. ad-
 ministrasset, ex humanis exceſſit, &
 in Diui Marcis acelio fi-
 tus est.

VENETORVM DVCVM
FRANCISCVS DANDVLVS.
DVX LI.



1323. **F**RANCISCVS Dandulus, cui canis cognomē fuit, ducatum adeptus est. Sub huius administrātione, Pollani, & Valenses, ab Aquileiensī Antisti- te deficientes, Venetum Imperium receperunt. Ad eos in fide retinendos, cūm Aquileiensīs armā pararet, Veneti sub Iustiniano Prefecto, non paruas copias in Histriū transmittunt. Aquileiensīs an- tistes non congregati ausus, Pollam, Valemq; sub cer- tis conditionib; Venetis remittit. Octo triremes quibus

VITAE ET RES GESTAE. 70

quibus Thomas Viarus præfuit, cum sex Ligusticis confligentes, quinq_z, amissi fusi fugatæq_z sunt. Viarus cū Tribus reliquis Venetias veniēs, quia eius socordia ea clades accepta dicebatur, in carcere coniectus est. Sub id tempus, Veneti, Ioanne XXII. Pontifice, & Galliae Rege annitente, ingentem vim nauium ac triremium aduersus Turcos compararunt, qua Prima in sub Petri Zeni imperio innumeras hostium naues Turcos circa Syriam inuentas oppreserunt. Quoscunque expeditio viuos in potestatem redactos, Zenus suspendio necavit. Cum Scalanis deinde bellum est suscepit. Hi namque Veronam, Vincentiam, Brixiam, quibus antea dominabantur, denuo Parmam Rubeis electis, occupauerant. Feltrum etiam, Bellonum, Ceneramq_z, Bœmia Regi ademerant. Taruifio quoque in suam potestatem redacto, Patauium etiam subegerant, Cararijs. eius nomine urbis ad scalanis belli causas. ministracione permissa. Tantis rerum successibus elatus, Mastinus Scala, Venetos etiam tentare adortus, munitionem instagnis apud Petabullam erectam, valido præsidio firmat. Veneti autem ad illius conatus auertendos, haud procul inde locum communiunt, fædusq_z & socia arma aduersus Scalanos cum Florentinis iunxere. Ingens deinde exercitus conscriptus, Petro Rubeo Parmensis rei militaris peritissimo à Venetis accersito, copiarum imperium est delatum. Et primū expugnatis quibusdam in Patauino, & Taruifino agro castellis, Veneti Patauium, Alberto Scaligeri capto, in dedicationem accepere, eiusq_z ciuitatis regimen Marfilie.

VENETORVM DVCVM

lio Carario detulerunt. Eò Marco Lauredano Iustini-
niani, Andreatio Mauroceno, legatis missis. Cinxe-
rant etiam Veronam obsidione Veneti, eamq; gra-
uiter premebant. Vincentiam quoque obsidere ador-
ti, eam ad maximam annona inopiam redegerant.
Verum cum in eo bello Petrus Rubeus eiusq; frater
Marsilius obiessent, cumq; Luchinus Vicecomes alio
exercitu Brixia & Bergomū vrbes à Mastino adem-
ptas insuam redigisset potestatem, timentes Veneti
ne dum vnius potentia extinguerent, alterius auge-
rent, pacem his conditionibus Mastino dederunt, ut
omisso Patauio Carariensibus, dimissaq; Brixia &
Pax cum Scalani. Bergomo Vicomiti, Taruifium cum eius ditionis ca-
stellis, Venetorum esset. Feltrum, & Bellunum, &
Ceneta, ad Carolum redirent, Florentini, quatuor
Lucensis agri oppida haberent. Eam pacem Floren-
tinis displicuisse dicitur, quoniam Luca dominium
postulabant. Verum sic volentibus Venetis cesserunt.
His rebus dominorisq; gestis, Dandulus anno sui Du-
catus vndeclimo, fæliciter obiit, & in monasterio fra-
trum B. Francisci sepultus est, Apud ipsius monu-
mentum hiversus leguntur:

Laudibus innumeris meritisq; parentib. iste
Franciscus virtute nitens clarissima proles,
Dandula quem genuit, patriæ venerabilis huius
Dux fuit illustris, qui libertatis amator
Edomuit faslus tumidos, & vinclare soluit,
Marchia quis dudū nimirū quoq; pressa iacebat,
Ter-

VITAE ET RES GESTÆ.

71

Teruisina quidem vicinaq; castra Salinis
Attentata ruit, clarus dum rexit habendas.



Quaq; decus terraq; mari successib. auxit,
Hic Venetum patriam hosti magis esse timenda
Fecit: at vndeno solij præsignis in anno
Decessit fælix, domini tunc mille trecentos
Ter denosq; nouem Phœbus deuoluerat annos,
Luxq; Nouembriæ erat cunctis celeberrima Diuus.

B A R.


• VENETORVM DVCVM
BARTHOLOMAEVS GRADONICVS,
DUX LII.



1339.

BARTHOLOMAEVS Gradonicus. Dux creatus est anno trigesimo nono, tercentesimo & millesimo. Eius tempore, Popiliam, Palestrinam, Medoacum, Magistratus mitti cepti sunt. Aquae ita in immensum creuerunt, ut totam ferè urbem inundauerint. Per id tempus Cretenses quidam Reguli ab Imperio defecerunt, qui in montanis locis confidentes, non parum insulam infestabant. Ad eorum sonatus comprimendos, Nicolaus Falerius, Iustinianus

*nus Iustiniani, & Andreas Maurocenus, cum non
parua peditum manu, sunt missi, Qui hostibus occur-
rentes, eos intra paucos dies in Venetorum potesta-
tem redegere: De rebellibus supplicium sumptum.
Et cum annos circiter tres ducasset Gradenicus, ex
vitæ discessit. Eius corpus in diui Marci adis vestibu-
lo, est conditum sub hoc Elogio:*



Moribus insignis recti basis, in dolo clarus,
Clarior & meritis, patri seruator honoris,
Clauditur hoc tumulo, Gradenigo Bartholomeus,
Dux fuit is Venetum, quarto defunctus in anno.

ANDRE-

VENETORVM DVCVM
ANDREAS DANDVLVS,
DVX LIII.



1338.

ANDREAS Dandulus, Ducatum consecutus est, singulari doctrina & eloquentia vir, qui Venetorum gesta eleganti stilo scripsisse dicitur. Sub huius temporibus à Babylonio Rege, per Nicolaum Ioannem legatum tutam in Aegyptum nauigatio impetrata est, quæ etiam à Romano Pontifice, Marino Falero, & Andrea Cornario legatis ad id missis, confirmata est, concessumq., ut Venetis liceret cum sex triremibus circa Alexandriam & Syriam negotia-
ri. Ia-

ri. I adera septimò à Venetis deficiente, ad eam recipiendam Veneti aliquot triremes in Dalmatiam ^{Septima} transmisere. Non paruae etiam terrestres copia Andrea Mauroceno, & Simeone Dandulo legatis, sunt ^{Iadrensi} um defec-
missæ, qui tentarunt urbem oppugnare. Verum Lu-
douici Pannoniæ Regis cum ingentibus copijs inter-
uentus (nam centum hominum millia habuisse con-
stat) difficilem primùm expeditionem illam reddi-
dit, poste à maioris victoria occasionem Venetis præ-
stítit. Cum eo namque atroci certamine concur-
sum, magnaq; vtrinque cede exorta, hostis fusus fu-
gatusq; est. Rex magna exercitus parte amissa, in Pā-
noniam abiit, quare territi Iadrenses ad misericor-
diam conuersti, implorata venia, se Venetis dedidere.
Qui defectionis causa fuerunt, in exilium sunt acti.
Tres Auditores ad cognoscendas causas tunc pri-
mūm creati, Veteres appellati. Horribilis per id tem-
pus motus terra factus est, quo edificia multa cor-
ruerunt. Ingens deinde annonæ caritas ciuitatem
aggressa est. Fœdiſſima etiam pestilentia per id tem-
pus tota Italia vexata est. Qua Veneta quoque vrbs
non parum est consternata, multaq; hominum mil-
lia, paucis diebus, eo morbo consumpta. Iustinopoli-
tani per id tempus à Venetis defecerunt. Ad eos re-
cipiendos, Pancratius Iustinianus, cum terrestribus
maritimisq; copijs, est missus, Qui paruo negotio eos
ad imperium retraxit. Cum Genuensisibus denud-
bellum est suscepturn, causa à Genuensisibus orta, qui
Venetis negotiatoribus Pontici maris cursum occlu-
dere conabantur: Hi Venetas aliquot naves inter-
ceptas

VENETORVM DVCVM

Recens
cum Ge-
nuensibus

captas Chaphatam adduxerunt, Repetitis per legatos rebus, & non redditis, validissima in Genuenses classis decreta est, quinque & triginta triremium, ex Dalmatia, Eubœa, Cretaq, classis expleta, Marco Ruzano Praefecto, qui domo profectus, tresdecim hostium triremes, apud Caristum portum inuentas, adortus, fudit fugauitq, Decem triremes cum classis Praefecto capta sunt ingensq, Genuensem numerus, ex quibus mille & quingeniti in custodiam traditi sunt. Veneti post eam victoriā in Chalcidem mouerunt, deinde Bosphorum petentes nonnullas hostium naues intercapere. Ligures interim cum decem triremibus Philippo-Aurio Praefecto, audit a Veneta classis profectione, ad Chalcidem oppugnandam mouerunt, urbemq, adorti, momento temporis occuparūt, diripueruntq, & demū, captiuis receptis, incendio consumperunt. Veneta classis cum ingenti preda domum est adducta. Cum Aragonum Rege deinde aduersus Genuenses socia arma sunt iuncta, Stephanus Michael ad fœdus percutiendum est missus. Ingens postea classis decretā, Eius imperio Nicolao Pisano delato, qui domo profectus cum decem triremibus, aucta in Dalmatia & Gracia classe, Pancratio Iustiniano, Sinus Adriatici Praefecto, cum triginta triremibus accedente, duabus classibus adiunctis, Genuam versus mouerunt, ubi fœda tempestate iactati, extriremibus vnam amiserunt, Et remittente postea tempestate, Methonem applicuerunt. Inde Aragoniam classem adiunctam, in Eubœam transmisere;

bisq,

bisq; Gracorum nauibus adiunctis, apud Peram cruento marte cum hostibus dimicatum ferunt, Et neutro inclinante victoria, certamen direemptum. Ad Bosporum postea totis viribus utrinque concursum: Vbi quam primum Graeca classe penè intacta hosti cedente, Venetis & Aragonijs fortiter concurrentibus, cruento certamine, per plures horas, neutro fortuna inclinante pugnatum est, Demum pugna in noctem dilata, & in posterum etiam diem Ingentis protracta, magna utrinque strages commissa: De- Venetorum nique Fontio Aragonum classis Praefecto cadente, clades cedentibus Barbaris, Veneti sepsi, cum propter loci angustias plurimæ triremes configere non possent, & ipsi hostibus cessere. Ceciderunt ea pugna Pan- cratus Iustinianus, Stephanus Contarenus, Io- annes Stephanus, Benenatus Bembus. Verum & Liguri victoria non incruenta fuit. A quibusdam etiam traditum, non minorem Ligurum, quam Ve- netorum stragem fuisse, qui postea à Venetis pro- vocati, configere recusarunt. Multæ deinde cla- des, vltro citroq; illata acceptaq;, sed hæ haud me- morabiles subsecuta sunt. Sequenti vero anno, ma- gna instructa classis, sub Nicolai Pisani imperio in altum deducta, in Sardiniam venit, vbi se Arago- num classi quadraginta triremium, quibus Bernar- dus Caprarius praerat, adiunxit. Genuenses etiam baud procul inde cum ingenti longarum nauium numero, Antonij Grimaldi ductu, circa Clarim apud Sardiniam occurrentes, classibusq; inuicem con- strictis, tenaciq; nexus Venetis cum Aragonijs

VENETORVM DVCVM

iunctis, magnis utrinque animis est concursu, treci quod, commissa pugna, demum Genuensibus inclinatis, hostes vnam & quadraginta triremes amiserunt, quas Veneti in potestatem redactas, ad preterita clades memoriam abolendam viris onustas (ut quidam tradunt) medius fluctibus demerserunt. Grimaldus cum paucis, qui superfuerunt, se Genuam recepit. Ea clade perterriti Genuenses, suis viribus diffidet. Venetorum si, Ioanni Vicecomiti Mediolanensi Archiepiscopo se de Genua sua dediderunt: Veneti & ipsi Cararios, Scaligeri, vi- ensib. vi- toros, Estenses, Gonzagas, & in Hetruria Florentinos & eturia. sibi socios adiunxerunt. Genuenses autem denuo reparata classe, cum quinque & viginti triremibus, Pagano Aurio Praefecto, mouerunt, & Adriaticum sinum ingressi, pluribus nauigis interceptis, in Histriam processi Parentium occupant ac diripiunt. Veneti per id tempus cum Carolo Boemia Regem fœdus renouarunt. His rebus gestis Dandulus, cum annos duodecim Rempu. administrasset, natura concessit, & in aurea aede, ad Baptismilauacrum, honorifice sepultus est.



MARI-

MARINVS FALERIVS,
DVX LIII.



MARINVS Falerius, cùm apud Pontificem legati munere fungeretur, absens Dux est declaratus, anno quinquagesimo quarto, tercentesimo, & millesimo. Sub id tempus Pisanus Praefectus, cum triginta triremium classe, duobusq; & viginti minoribus nauigüs, ad Sapientiam insulam conse-
dit. Huc Aurius Genuensium Praefectus, cum trigin-
clades. triremibus, pugnandi studio celeriter contendit, ibi q; commissa pugna, Veneti fusi fugatiq; sunt. Pi-

K 3 sanus

VENETORVM DVCVM

Faleria-
na coniu-
ratio.

Falerius
Princeps
obtrunca-
tur.

fanus Praefectus cum quinque millibus hominum ca-
ptus, Genuam perducitur. Falerius interim cum
menses nouem Reipub. prafuisse, homo nefarius, ad
Rempub. per tyrannidem occupandam animum ad-
iecit. Quod ut facilius consequi posset, cum plurimis
plebij ordinis viris, ad perpetrandam Optimatum ca-
dem conspirauit. Et ex illis sexdecim coniurationis
principibus negotiū dedit, vt singuli cum sexaginta
armatis, statuto tempore in curiam prorumperent,
& ex nobilitate obium quemq; conficerent, & de-
mum Falerium, non Principem, sed dominum cla-
marent: Verum diuina forte prouidentia factum
accidit, vt Beltrandus ex plebe homo ex coniuratis
vnus, pœnitentia forte tanti sceleris ductus, aut ti-
more compulsus, Nicolao Leono Patricij ordinis, com-
patris suo, rem omnem communicauerit. Re accepta
Leonus, atrocitate rei commotus, confessim seniores
Patrum & Decem viros adit, illisq; rem omnem a-
perit, qui ad Rem. præsenti periculo leuandā cōuersi,
coniurationis principes in primis in potestatem redi-
gendos curarunt. Sexdecime a nocte capti, sceleris
conficti, suspendio necati sunt. Falerius etiam eodē
die, super atrij scalam lapideam, securi est percussus.
Alij pleriq; capitali supplicio affecti. Quidam etiam
in mare demersi. Indicū coniurationis mille aureo-
rum nummum stipendum annū decretum, isq; ad
Patricium ordinem redactus. Qui poste à cum Pa-
tres in gratitudinis accusaret, eorumq; fama detra-
heret, Ragusum, stipendio adempto, in decennium
est relegatus.

IOAN-

VITAE ET RES GESTAE. 78
IOANNES GRADONICVS,
DVX LV.



JOANNE s. Gradonicus, cui Nasoni cognomen 1356.
fuit. Dux subrogatus est. Sub id tempus pax, anno
illius belli quinto, cum Genuensibus composita.
Cum Bernaboue etiam, & Galeatio Vicecomitibus,
bellum est depositum, Captiui hinc inde restituti
sunt. Eo bello defuncto, nouum deinde bellum ciuita
rem inuasit: Ludouicus Pannonia Rex, ob Dalmati. Pax cum
am Venetis infensus, bellum armaq; parabat. Ad Genuens
quod si fieri posset auertendum, Marcus Cornarius, bus.

K 4 G

VENETORVM DVCVM

& Marinus Grimanus legati in Pannoniam sunt
 missi, qui nihil proficientes, Rege iniqua postulante,
 domum redierunt. Dalmatiam igitur ille cum in-
 gentibus copijs inuasit, vno tempore Iaderam, Sic-
 cum, Spalatum, Tragurium, Enonam, obfidere ad-
 ortus est. Veneti autem comparata classe, & ter-
 restribus copijs instructis, vrbes valido praesidio fir-
 mant. Neque eo Barbarus contentus, inito cum Fran-
 cisco Carario fædere, acceptisq; Austria Duce, & A-
 quilegiensi Antistite belli socijs, cum centum milli-
 bus hominum in Siciliam transcendit, & in Tarui-
 finis finibus congressus, Cuniano & Sicilio in ditio-
 nem acceptis, inde Taruisium castra admouit. Ve-
 neti autem missis ed Marco Iustiniano, & Ioanne
 Delfino, & Paulo Lauredano, urbem illam armis &
 commeatibus muniueré. Tam difficulti bello Repu.
 occupata, Gradonicus Princeps senio confectus, cum
 annum vnum & menses duos Rempu. administras-
 set, morte sublatus est. Vir non vulgari sapi-
 entia præditus, & Iuris communis peri-
 tiissimus. Eius funus ad Mino-
 rum edem delatum.



IOAN-



JOANNES Delfinus, ex Taruifio, vbi Legatus
praerat, Dux declaratus est. Qui armatorum ma-
nu stipatus, inde discedens, Venetias concessit. Anno
quinquagesimo sexto, tercentesimo supra millesi-
mum. Per id tempus, Pannonia Rex aliquot operibus
bellicis constructis, Taruifium oppugnare adortus
est, vrbsq; à Venetis est strenue defensa. Rex autem
cùm nihil proficeret, dimissis ad obsidionem copys,
in Pannoniam reuersus est. Interim Marcus Iustinia-

1356.

K s nus

VENETORVM DVCVM

nus legatus, cum ingentibus copijs Taruisinum est missus. Inducia in quinque menses cum hoste sunt pactæ. Andreas Contarenus, & Michaël Falerius, ad Regem, ad pacem petendam sunt missi, qui re infecta Venetias reuersi sunt. Post inducias Seruallum ab hostibus captum est. In Dalmatia Spalatrū, Siccū & Tragurium, à Venetis ad Regem defecerunt. Iadera & ipsa furtim ab hoste recepta est, arx tamen retenta. Rebus Venetis ita periclitantibus, Veneti denuò Taruisium, Ioannem Gradonicum, ad pacem quibus posset conditionibus componendam, ad Regem miserunt, Quæ his conditionibus est impetrata: Ut Ludouicus Rex quicquid à Fanatico sinu Dirachium usque Veneti possedissent, haberet, restitueret quæcunque in Histria & Taruisino agro Venetis ademisset: Veneti autem Dalmatia possessione cedentes, reliquum terrarum, quod circacitraq; Si-
**Pax cum
Panno-
nia rege
confecta.** num esset, dimidium retinerent. Pace confecta, Mar-
 cus Cornarius, Ioannes Gradonicus, & Laurentius Celsus legati in Germaniam ad Imperatorem sunt missi, Cornarius, & Gradonicus, ex legatione redeuntes, à Regulo quodam Germanico intercepti sunt; & in arcem quandam ignominiosè abducti, Celsus auerso itinere, in patriam reuersus, paulò post ad praesidium Sinus classis Praefectus missus est. His re-
 bus domi forisq; gestis, Delfinus, annosui Duca-
 sus quinto, ex viuis decepsit. Eius funus
 ad Gemellorum adem dela-
 cum est.

LAV.

VITAE ET RES GESTAE. 78
LAVRFNTIVS CELSVS,
Dvx LVII.



LAVRFNTIVS Celsus, absens cum Sinui p^{re} 1362.
lesset, patre adhuc superflite, Dux declaratus est.
Ad eum adducendum duodecim Patricij cum triremi-
ni sunt missi, Eum q^{uod} vrbi appropinquante, Senatus
cum Bucentaura naui honorifice excepit. Victor P^o
sanus iu eius locum ad imperium maris est missus.
Sub id tempus Austria Dux, Venetias acceſſit: Eum
venientem Princeps cū frequenti Senatu honorificd
excepit, paulo q^{uod}, post Cyprus Rex, cū trib. triremib.

& Regia

& Regio comitatu affuit, qui etiam honoris centif-
 simè exceptus est. Ingens deinde in Creta defectio or-
 ta, totaq; ferè insula ab Imperio alienata. Nobilium
 namq; quā plurimi, ad defectionē spectantes, Leo-
 nardo Dandulo Duce cum Legatis in potestatem re-
 dacto, Marcum Gradonicum Ducem creant, Onera-
 rias naues, que eò applicuerant, cum negotiatorib. in
 tercipiunt: Audita Insula defectione Veneti Petrum
 Superantium, Andream Zenum, Marcum Mauro-
 cenam, legatos ad ipsos Colonia Principes mittunt,
 qui eos ad infandum consilium deponendum, Impe-
 riumq; recipiendum, abortantur: Verùm illi publi-
 ca mandata non solum non acceperunt, sed nec au-
 dierunt quidem, Legatis reuersis. Veneti coniura-
 tionis Principes proscriptos hostes Reip. iudicant, in
 eosq; bellum decernunt, & primū ad Pontificem,
 ad Imperatorem, ad Pannoniae Regem, ad Ioannam
 Siciliae Reginam, omnesq; ferè Principes Christia-
 nos, legatos mittunt, orantq; vt Venetos ad indignā
 Colonorum suorum defectionem vlciscendam, adiu-
 uarent, Vel si id minus, saltem ab iniuria abstinen-
 tes, nullam illis opem potentibus exhiberent. Inter-
 rim Veneti ingentem, sub Dominici Michaëlis an-
 teā classis Prefecti imperio, classem decernunt: Ter-
 restres etiam copiae, Luchini Vermij Veronensis du-
 etu, non paucæ conscriptæ: Mille equites, duoq; pedi-
 tum millia, nauibus impositi sunt. Classtrum &
 triginta triremium, oneriarum octo, Venetij pro-
 fecta, ad Candidam urbem applicuit. Interim defe-
 ctionis autores, Calergo quodam auctore, omnes
 Proscri-
 ptio rebel-
 lium Cre-
 tensium.

Venetos

Venetos nobiles, eius facinoris expertes, Venetis rez
 bus fauentes, occidendos curarunt. Cæsi Andrcas
 Cornarius, Gabriel Venerius, Marinus & Lauren-
 tius Pasqualici, Laurentius Gritus, Zancatius Iusti-
 nianus, Leonardus Abramus & alijs pleriq. Calergi-
 gus autem paulò post, sive in Venetos nobiles impie-
 tatis meritas poenas luit, à Marco siquidem Grado-
 nico Duce captus, facinorofus homo, ex superiori par-
 te Ducarij precipitatus, pluribus inde vulneribus
 confossus, occubuit. Eius cæde factionis Principes
 consternati, cum nulla sibi apud Venetos impetrant
 de venia spes supereffret, suis viribus parum fidentes;
 legatos ad Genuenses misere, quibus se insulamq.
 dederent, eare per Georgium Molinum Coronen-
 sem Antistitem Venetas delata, quam primum ad
 Genuenses legatio decreta, nunciatumq., non posse
 illos publica fide incolumi, opem Cretensibus pre-
 stare. Quibus auditis Cretensium legati, vlla absque
 auxilijs spe dimissi sunt. Interim Michaël cum in con-
 tinente copias exponeret, ad centum milites ab
 hoste insidijs excepti, ad vnu omnes trucidati sunt,
 expositis in terram reliquis copyjs, urbem oppugna-
 tione adortus Luchinus, primum suos commoda-
 oratione adhortatus, in hostes ferociter mouit, Sub
 primum ferè congressum funduntur Cretenses, Fu-
 sos vrget premitq. Venetus victor. Ea clade territi Venetoru
 Graci, cum se terra mariq. hostibus circumuentos de Cre-
 cererent, nec spes vlla supereffret, ad Michaëlem & tensibus
 legatos accepta fide, ut misericordiis ciuibus eorumq. for-
 tunis parcerent, vrbis claves mittunt. Luchinus cum

pan-

VENETORVM DVCVM

paucis vrbem ingressus est, Dux Gracus capitali supplicio est affectus, auctores factionis, securi percussi. Militi quoniam à prada fuisse exclusi, duplex stipendium datum. Ea victoria Venetias perlata, gratijs primum Deo Optimo Maximo actis, multisq; p̄j s operibus peractis, Hastarum certamina à Nobilibus adolescentibus, in Diui Marci area, per aliquot dies, cum magnifico apparatu, celebrata sunt. In quo spectaculo Cyprius Rex, ex Gallia reuersus, cum Luchini Vermij filio, iuene strenuo, hasta decertauit. Insula ad imperium redacta, clavis cum copijs Venetias est deducta. Cum Cyprio Rege fœdus est istū, & in eius gratiam noua clavis instructa, qua illeversus, Alexandriam vrbem expugnauit, eamq; d̄ripuit. Celsus cum annos circiter quatuor Rempu. administrasset, exceſſit, & ad Cœlestinam edem sepultus est.



MAR

VITAE ET RES GESTAE. 90
MARCUS CORNARIUS,
DVX LVIII.



Marcus Cornarius, singularis sapientia & eloquentia vir, Ducali dignitate decoratus est, anno sexagesimo quinto, tercentesimo & millesimo. Sub prima huius administratione noua Creten-
siam defectio succedit, eiusq; primi motus à Ioanne Calero orti dicuntur: qui se eius defectionis, imperij insignijs arreptis, Principem gesit. Et primū ad Nobilium perniciem conuersus, Nicolaum Dandulum, & eius fratrem, Et alios plerosq; Nobiles, oppresit, Castella,

VENETORVM DVCVM

Castella, oppidaq; non parua expugnauit, ac diripuit, totamq; ferè Insulam, præter vrbes, & paucissima oppida, à Venetis alienauit, Veneti ea nuite auditæ, missis ad Pontificem legatis impetrârunt, vt quicunque, aduersus Insulanos rebelles, arma sumpſiſſent, omnium, quæ ad eam diem deliquiſſent, plenam veniam conſequerentur. Missi postea ad Græcorum motus inhibendos, legatorum nomine, Iacobus Bragadinus, Aurius Lauredanus, Pelonorum trus Mocenicus, Laurentius Dandulus, & Andreas Cretensi- Zanus: Qui barbaris militibus, & ped tibus quam um deſe- plurimis ex diuersis locis conscriptis, in hostes moue- ctio. runt: & apud Argatiam, & Melisiam dimicantes, Insulanos fuderunt fugâruntq;. Multi deinde & diuersi in ipsa insula conatus fuere, pluribusq; in locis vario euentu dimicatum: nouis poste à legatis, Pantaleone Barbo, Ioanne Zeno, Nicolao Taruisano, Andrea Zeno, & Nicolao Iustiniano, cum non paucis peditum turmis succendentibus, Venetis viribus auctis, multa in Insulanos à legatis sunt gesta, multaq; populationes, & incendia subsecuta, ita ut non paruum rerum penuriam fecerint, qua ex re Insulani fame adacti, deditio nem fecerunt, multaq; alia loca ad Imperium compulsa. Demùm Calergo in potestatem redacto, & securi percuſſo, sublatis vndique hostibus, pax Cretensibus est redditæ. Rebelliū multi partim capitali supplicio affecti, partim exilio damnati. His rebus gestis, Cornarius cùm annos duos & menses octo Reip. præfuiſſet, ex vita discessit, & in Geme orum adeſepultus est.

ANDRE-

VITÆ ET RES GESTÆ. 81

ANDREAS CONTARENVS.

DUX LIX.



ANDREAS Contarenus Ducatus successio- 1368.
nem accepit anno sexagesimo octauo , tercen-
tesimo & millesimo : qui quasi præfigiret quanta
sub eius tempore detrimenta Reipu. euentura erant,
aliquandiu oblatam dignitatem recusavit : ob idq;
in Patavinum agrum secesserat, donec noua alterius
Ducis electio fieret. Verum cognatorum precibus mo-
tus (cum etiam Patres ei exilium , & bonorum pu-
blicationem, nisi cessisset, interminari essent) Duca-

L
tus

VENETORVM DVCVM

**Tergesti-
norum
defectio.** *tus administrationem vel inuitus suscepit. Sub pri-
mum illius Tempus, Tergestum ab Imperio defecit.
Tergestini namque triremi vna, que in Histria ad
vectigalium custodiam tenebatur, intercepta, eiusq;
Prefecto obtruncato, Veneta signa in publicum ere-
pta distrahunt, & adimum demittunt. Veneti co-
pijs celeriter contractis, terra mariq;, Vrbem obsi-
dione cingunt. Terrestrialium copiarum imperium
Dominico Michaëli commissum, Clasii Cresus Moli-
nus prafuit, Qui tentarunt Vrbem oppugnare, Ve-
rum Tergestini Carnorum auxilijs freti, strenue op-
pidum defenderunt, sapiusq; vario euentu dimica-
tam: missis postea in supplementum plurimis copijs,
nouisq; legatis, Petro Laureano, & Thadeo Iusti-
nianosuccendentibus, Tergestini missis ad id orato-
ribus, Duci Austriae se vrbemq; dediderunt, qui pau-
lo post cum decem millibus equitum, peditatuq;
maximo affuit: Et cum Venetis congressus, momen-*

**Ducis Au-
striae in I-
taliam
aduentus.** *to temporis vallum occupauit, verum milites, socij-
q; nauales, suis strenue opem forentes, non solum
hostes repulerunt, sed fœda etiam clade illata, eos a-
bire compulerunt. Germani ea aduersa pugna fra-
cti, cum nulla retinenda vrbis spes super esset, inde
copia in Germaniam abduxerunt. Tergestini sua
spē frustrati, certis conditionibus ditionem fece-
runt. Nouum deinde cum Francisco Carario bel-
lum exortum: belli causa ex finibus profecta, cum
quotidie Cararius circa paludes aliqua moueret.
Accessit ad id, quod compertum est, facinorosos quo-
dam à Carario Atrianō subornatos, ut aliquos pa-*

tricos

Bellum
cum Ca-
rario.

tricos ex Primoribus trucidarent. Eorum quidam in potestatem redacti, ad geminas columnas, in qua tuor partes distracti, suis celoris penas dederunt. Ad id etiam compertum est, ex Senatorio ordine fuisse quosdam, qui plurima consilii de creta Carario significarent. Super ea re habita questione, aliqui conuicti, perpetuo carcere damnati sunt. Eo bello decreto, Veneti Rainerio Vasco militaris disciplina peritisimo, ex Hetruria accersito, copiarum, imperium demandarunt, & cum eo legatorum nomine, Andreas Zenus, & Thadeus Iustinianus missi sunt. Et primum in Patauinos motis castris, Patauinum agrum longe lateque, populati sunt. Orta deinde inter Rainerium & Legatos discordia est. Ferunt illum Brentulam fluvium trajectare volentem, legatis impeditum, ob idque ira percitum, se imperio abdicasse. Cararius autem suis viribus parum fidens, Ludouicum Pannonia Regem sibi bellisocium ascivit. Venati vero, prater terrestres copias, ingenitem classem decernunt, eiusque imperium Michaeli Delfino committunt. Legati Petrus Iustinianus, & Petrus Cornarius ei additi. Ingens interea Barbarorum vis ex Pannonia in Taruisinos fines erupit, omnia cede, rapinis, & incendio vastans. Ad eorum conatus opprimendos, Thadeus Iustinianus ad Anaxum fluvium occurrit, & circa fluvium commisso prelio, primo congressu, Pannones fusi sunt. Reparata deinde pugna, longe atrocius dimicatum, hostesque superiores fuerunt. Victi Veneti, acie cessere, pauci capti, plures omnino casti,

VENETORVM DVCVM

**Venetoru
clades.** in quibus Iustinianus fuisse dicitur. In Carnorum deinde fines Pannones reuersi, per Feltrinos ducentes, ad Bassanum oppidum consederunt. Veneti postea, reparatis copijs, imperium Alberto Coregiensi detulerunt: qui Leonardo, & Andrea Dandulis, & Petro Fontana legatis, in castra venit, & ubi in hostium conspectu fuit, structa acie in medium processit. Erat Stephanus Transylvanus Pannonicus equites ductor, qui & ipse haud pugnam detrectauit. In iecto igitur certamine, Venetus ductor iubet relictis equis equites pedestre prælium capessere: atroci deinde conserto prælio, tant a strenuitate est à Venetis dimicatum, ut, fusis fugatisq; hostibus, inclitam victoriā illo die adepti sint. Multi ex hostib. acie cœsi.

**Venetoru
Victoria.** Transylvanus cum plerisq; barbaris illustribus caput est. Capti & multi Italicu nominis illustres, & Patauini pleriq; Pannonica & Carariana signa disjecta, in Venetorum potestatem venerunt. Post acceptam cladem Marsilius Cararius, Francisci frater,

ac ciuib; impulsus, cum se pacis auctorem obtulisset, ad Venetos trans fugit. Ludouicus etiam Rex, suorū clade auditæ, ad Cararium scripsit, ut pacem, quibusunque posset condicionibus, à Venetis acciperet, sum nullo amplius ab eo auxilia sperare posset. Ca-

**Pax Cara
rioreddi-
ta.** rarius igitur omni spe destitutus, petita pace, his conditionibus impetravit, ut quinque Veneti Patricij ad id creati, de finibus iudicarent: Patauini quadraginta aureorum nummum millia Venetis soluerent: inde & l quindecim annos quatuordecim millia quattuordecim annis. Ut Franciscus Cararius sine filius, ad Principis

cipis & Patrum conspectum, veniam peteret: Castrum nouum dirueretur: Turris Cararia Venetorum esset. Ut quotannis ad aram Diui Marci tercentos aureos nummos dono mitteret: Triam illa passum ab ostijs fluviorum non adificaret: Ut Marsilijs prediorum fructus Venetas portarentur. Ad eam pacem sanciendam Nouellus, Francisci filius, Venetas venit, qui in Diui Marci aede iurauit, se cum patre & Cararijs omnibus, earat a habituros, que in pacis conditionibus expressa essent. Post Patavinum bellum, Leopoldus Austriae Dux, cum quatuor milibus equitum, in Italiam descendens, Taruisinum agrum subito incusso inuadit, & ferro igniq; omnia vastando, in conspectu Vrbis confedit. Veneti eanuitate moti, ad primum tumultum, aliquot cohortibus conscriptis, & ab Estensibus leuibus quibusdam praesidijs acceptis, hosti occurunt. Barbari autem ex Taruisio recedentes, in Bellunensem agrum se reperunt. Veneti interim Germanis negotiatoribus, eorumq; bonis interceptis, Iacobum Caballum, virum in re militari strenuissimum acseratum, omnibus copijs cum imperio præficiunt, qui, acceptis copijs, Taruisium venit, & auxilijs vndeque contritus, hostium fines ferociter ingressus, ad Vnigum castra admouit. ubi cum Barbaris congressus, multisq; eorum casis, deiectis hostibus ad Iuctorium usque processit, quod oppidum oppugnare adortus, vicepit, & Feltrum deinde castra admouit: agriq; fæde populatis, urbem oppugnatione tentare adortus est. Multi deinde utrinque conatus fuere, cum Ludouici

VENETORVM DVCVM

Regis interuenient, Veneti cum Leopoldo in biennium inducias pepigerunt. Nec multo post Rex ipse denuo alienatus, cum Genuensibus, Aquileiensi Antiste-
te, & Cararijs, in Venetos fædus inierunt. Quod cum Venetis resciuissent, cum Leopoldo omnibus re-
bus vtrinqne restitutis, Leonardo Dandulo, &
Belli inter Genuen-
ses & Ve-
neros cau-
sa.
Petro Cornario, ad hoc missis, pacem composue-
runt. Belli inter Genuenses & Venetos causa fu-
isse dicitur, quod cum Perinus, Cypri Rex, Famagu-
stæ coronationis pompam duceret, Venetum mer-
catorum Praefulem, quem Baiulum vocant, Genu-
ensi prepositum, Genuensemque cum ignominia
pulsum, Rege in Venetos magis, quam in Ligures
inclinante, magna sunt Genuenses indignatione
affecti. Ad hec cum Andronicus Genuensium auxi-
lio fretus, quibus Tenedum Insulam in mercedem
facinoris promiserat, Calioannem patrem, Con-
stantinopolitanum Imperatorem, imperio detur-
basset, Veneti eundem in Regnum reduxerunt, ac
Tenedum insulam ab eo recuperunt, & cum atrox
sibi bellum imminere consiperent, ingentem clas-
sem decreuere, cui Victorem Pisanum cum impe-
Venetorū río præficiunt, eiq; Pantaleon Barbus, & Ludouï-
ad Caput cus Lauredanus Legati sunt additi. Classe
Antij vi- in altum deducta, ad caput Antij in maritima
ctoria. Latij ora, Ligusticis triremibus inuentis, Ludo-
uico Fresco duce, cruento vtrinqe Marte dimica-
tum est. Demum Genuensibus inclinantibus, Ligu-
res vincuntur, triremes quatuor media pugna dilata-
psa sunt, reliqua cum Ludouico capta, & cum eo Ge-
nuenses

nenses nobiles quam plures, socij, nauales ad octingenti, casi ad sexcenti. Pisanus deinde classe admota, Catharum Pannoniae Regis urbem expugnat. Aucta postea classe, Polam, vbi hostium classis esse dicebatur, concessit, & cum hoste cōgressus, a Luciano Aurio Genuensium Praefecto, quindecim triremibus ab hostibus captis, profligatur, ad duo millia hominum capta, plures casi, plurimi vulnerati, cecidit etiam in ea pugna Lucianus Genuensium Praefectus. Pisanus ob rem male gestam, Venetias accersit. Venetorū in vincula coniectus est. Ligures deinde sexaginta clades triremium classe comparata, Petro Aurio, infra-tris demortui locum, ducē suffecto. Venetias contendentes, Humagum, Gradum, ac Crapulas vi captas, incendunt: Inde paruam Clodiām mouentes, occupant, & incendio absunt. Veneti autem tot clibus affecti, cum classem quae hostibus opponeretur parare non possent, ad tutandam urbem conuersi, ad præsidium portus quindecim triremium classem decernunt, cui Thadæus Iustinianus prafuit. Ad hæc castellis duobus ligneis constructis, portum obstruunt, tormentisq; bellicis muniunt, triplici inde catena, tres oneraria naues insertæ, tenacibusq; vinculis connexæ sunt. Ad Nicolai Fanum supralittora copia dispositæ, impérium copiarum Iacobo Caballo Veronensi datum. Circa Medoacum etiam castellū munitissimum cum duabus nauibus erexit, valido Veneti q; præsidio munitum. Genuenses autem intanta occasione haud cessantes, Iadera soluentes, Clodiācum muniunt, portū subito incursu insidunt, Inde Clugiam mouen-

VENETORVM DVCVM

tes, à Veneto præsidio aliquandiu egregiè defensam.
Petro Emo urbis Pretore, Nicolao Contareno, & Io-
anne Mocenico Legatis: demùm superante hostium
multitudine (nam ad quatuor & viginti millia fu-
isse dicuntur) tandem vi capiunt: Patauino Tyran-
no commeatum & copias subministrante. Ludouici
Regis, Genuenfum, & Carary Principis signa sunt
loco præfixa. Ad sex hominum millia in ea expugna-
tione cecidisse dicuntur, ad noningenti & quinqua-

Clodia à ginta capti, Petrus Emus Prætor, tribus millibus au-
Genuensi reorum nummum redemptus est. Clodia capta, Ve-
bus capi- net i terra mariq, clausi, annona & rerum omnium
sur.

inopia laborare ceperunt. Lauretum namque, & Be-
bianaturris, & Caput aggeris, paulò post deditio-
facta, in hostium potestatem venerunt. Ex Tarui fno
agro solū, aliquid frumenti per id tempus per Si-
lium amnem apportatum. Tanta accepta clade con-
fernata ciuitas, cum fluctuaret in tanta rerum per-
turbatione, quem potissimum bello præficeret, vnū
Victorem Pisanum, à populo clamatum idoneum
esse qui tanta rei præficeretur. Quod cum à Patribus

Victori Pi- etiam esset decretum, è carcere eductus Pisanus, re-
fanus.

stituitur totius ordinis consensu ad pristinam digni-
tatem, maritimq, reis solus præficitur, qui cum clas-
se ad portum venisset, cum copiarum Imperatoris
consilio duas turres ad vtrumq, caput portus erigen-
das curauit. Accedente poste à Carolo Ludouici Re-

Pax à Veyis filio, cum decem barbarorum millibus, ad Tarui-
fumq, considente, missis ad eum Nicolao Mauroce-
cipitur.

no, Ioanne Gradonico, & Zacharia Contareno Le-

gatis, pax est à Venetis tentata, quam vel iniquis etiam conditionibus accepturi erant. Verum hostibus superbia elatis, iniquissima postulantibus, satius Veneti duxerunt extrema omnia pati, quam Venetum nomen tantum ignominia deprauare. Tentarunt autem Genuenses Venetam urbem oppugnare; verum multis circa portum pralys commissis, Ioannes Barbadicus cum lembis quibusdam armatis eos facile repulit. Superuenit postea Carolus Zenus, vir bello nauali peritisimus, cum triremibus quatuordecim: qui de pressis duabus onerariis nauibus ante Clugensem portum, eò necessitatibus Genuenses perduxit, ut obfidentes, quam obfessi, maiore omnium rerum penuria laborarent. Illud etiam Genuensem res non parum afflixit, quod Petrus Aurius Ligusticae classis Prefectus, dum apud Lauretum pugnatur, bombarda, qua tunc primum Theutonico quodam auctore, inuenta dicitur, ictus occubuit. Postremo Genuenses Clugiae obfessi, cum fame laborarent, habereq; comneatus nequirent, deditioinem fecerunt, anno octuagesimo tercentesimo supra millesimum. Ad quatuor millia hominum capta, Venetias in custodiā adductas sunt. Plures ferro & fame in ipsa oppugnatione perierunt. Clodia recepta, Tergestina defectio successit, ciues namque Donato Trono Praetore in vincula coniecto, veramque arcem in potestate redactam diruunt. Iustinopolis etiam ad hostes defecit, arx tantum retenta est. Polla quoque à Genuensibus capta, magnaq; ex parte incensa. Verum reparata classe, & in Histriam ducta, Iacobo Cabal-

L 5 locti-

VENETORVM. DVCVM

lo etiam cum terrestribus copijs accedente, Iustinopolis recepta est, vrbsq; direpta. Pisanus Iaderam classe profectus, in febremincidens, inget i cum omnium mœstitia, vita decepit, in cuius locum Patres Carolum Zenum ad imperium maris suffecerunt. In continenti vero Taruissum Patauinis armis graui-ter vexatum, ibi q; commeatibus interclusis, non pa-rum fame laboratum, Et cum retinendi eam urbem spes nulla Venetis subesset, ne in Cararij manus deueniret, missa ad id Pantaleone Barbo, Veneti eam Leopoldo Austriæ Ducis habendam concessere. Demu-
cum tam acri & diurno bello Veneti & Genuen-ses defessi essent, Sabaudia Duci interuentu, anno sexto mense quarto, ex quo bellum cœptum est, pax cum Genuensibus, Ludouico Rege, & socijs, his con-ditionibus confecta est. Ut captiui vtrinque resti-tuerentur, Veneti Tenedo cederent, Decimo quo-que anno Vngarie Regi septem aureorum num-mum millia persoluerent, ob idq; Dalmaticam oram tutam Venetis redderet, nullibi q; salem fieri sine-ret, Ut Patauinus dominus, Capite aggeris, & Mo-rantiano Venetis redditio, turres inflagnis & fluuiorū hostijs ædificatas, demoliretur, Termini inter Venetos & Patauinios, Alberto Estense arbitropo-siti. Venetijs ad triginta, qui priuatis sumptib. Remp. iunerant, ad patricium ordinem redacti sunt. Ludo-uicus Rex paulo post vita decepit. Cararius postea Taruissum adortus, tantis cladibus afflixit, vt Leo-poldus rerum desperatione, Patauinos sub certis con-ditionibus urbem reliquerit. His terra mariq; gestis,

Con-

*Contarenuſ cum annos quatuordecim Rempu. ad-
ministrasset, vitam finiuit, & ad Proto Martyru a-
dem sepultus est.*


MICHAEL MAVROCENVS,
Dux LX.



MICHAEL Maurocenus, in Ducatus successit. 1382.
Eius tempore lex lata est, ut homicidij conui-
cti securi subycirentur, cum ante a suspendio necare
tur. Et cum menses quatuor Reipu. prefuisset, occu-
buit, & in Gemellorum adem relatus est. In tumu-
lo eius hi versus leguntur:

VENETORVM DVCVM.

Inclitavitales Michael quem duxit in auras
Maurocena domus Venetum Dux, ciuib. ingens



*Spes erat, alta parans, intercipit ardua fatum.
Cepta Ductis, virtute potens, fuit ensis acutus.
Iustitie, heu moriens patria per secula luctus,
Quacinius est iactes hic, mens gaudet fama coruscat.*

M. CCC. LXXXIL DIE XVI. OCTOBris FVIT SEPVLTVS, DVCAVIT MENSIB. IIII. DIES V.

ANTO.

VITAE ET RÉS GESTAÉ. 87
ANTONIUS VENERIVS,
DUX LXI.



ANTONIUS Venerius cum Dux Creta es-
set, inde accessitus, Ducali dignitate decoratus
est, vir præstantibus moribus; & ingenio ad beniu-
lentiam comparandam accommodato. Sub huius
temporibus, Antonio Scala Veronensi, & Francisco
seniore Patauina domino, grauissimo inter se bello
decertantibus, Galeacius Vicecomes, Francisco Ca-
zario instigante, Scaligeris bellum intulit. Hisq; su-
peratis, Verona, Vicentiaq; poritur. Neque hoc Ga-
leatius

13820

VENETORVM DVGV M

leatus contentus : socijs armis cum Venetis iunctis
Cararium & ipsum abortus , paucorum mensium
obsidione Patarium cœpit , Franciscum Cararium
captum, Medoatianum in carcerem coniicit. Tarui-
Veneti
ficio quoque armis subacto , id Venetis ex fædere ha-
Taruistū recipiunt bendum concessit. Nec multò propter, cum Galeatij o-
pes inualuisserent , essent quod vicinis omnibus suspecta,
cumque ille Bononiensibus & Florentinis bellum in-
tulisset, Veneti, Florentini, Bononienses, Franciscus
Gonzaga, Estensis Marchio, & Carolus Malatesta,
in Vicecomitem fædus inierunt. Robertus etiam Ba-
uariae Dux, ad quem Cararius Nouellus confugerat,
in partem fæderis ascitus, vt in Vicecomitem in Ita-
liam descenderet. Galeatus autem Mantuanum in-
genti tumultu abortus , terra & aquis urbem obse-
dit , Sed Veneti ingenti nauigiorum vi comparata,
hostem non sine cede ab urbe repulerunt. Nec mul-
to post , à Carolo-Malatesta copiarum Imperatore,
apud Governolum Vicum , ingenti prælio Galeatus
victus, non sine ignominia, est abire coactus. Ea oc-
casione vsus Cararius Nouellus, ignoto habitu in Ita-
liam reuersus , Venetis fauentibus , Patarium in-
gressus, urbe potitur. Subsecutus Bauaria Dux , cum
valido exercitu arcem oppugnare abortus est. Ve-
ronenses etiam ea nouitate mori , pulso Vicecomitis
præsidio, Antonium Scalam ex Hetruria accersunt,
Verum eum paulò ante defunctum intelligentes,
pœnitentia ducti , Vgolotum Blanchardum , qui in
Cremonensi agro Vicecomiti militabat , impetrata
errati venia , persolutis aliquot aureorum numuns
millibus,

Patarium
& Cara-
rijs reci-
pitur.


millibus, in urbē accipiunt, quam ingressus, milites à direptione tam opulentē urbē retinere nequaquam potuit, Verum Galeatū vxor, eius urbē cala- Verona
mitatem miserata, triduo post direptionem inhibi- diripitur.
buit. Bauaria Dux, quæstus se mercede à Florenti-
nis defraudatum, in Germaniam discessit. Floren-
tini postea Ioannem Haucut Carariensi cum vali-
dis copys auxilio misere, eiusq; opera Ratauina arx
breui in deditioñem recepta est. Pax demū sex in an-
nos secuta est. Sub id tempus, Austriae Dux Venetias
venit, qui duabus triremibus, eius nomine instru-
ctis, ad Christi sepulchrum visendum, profectus est.
Principis filius Aloysisus nomine, qui Patricie fæmi- Veri Prin-
nae amore captus, in mariti eius inuidiam, cornua cipis iudi-
ad eius ianuam suspenderat, super ea re, quæstione cium.
decreta, flagitū conuictus, patris etiam iuditio,
per aliquot annos carceri damnatus est. His rebus
gestis Venerius, annos sui Ducatus decimo octauo, oc-
cubit, & in Gemellorum æde sepultus est. Ad se-
pulchrum ipsius hoc Epitaphium legitur:

Quisquis ad insignem tumulum tua lumina flectis
Ingentem cuius cineres hac marmora seruant
Contemplare Ducem, princeps hic ille per omnem
Venerio fama volitans Antonius orbem,
Qui trib. hanc urbem lustris totidemq; per annos
Rexerat, eternis muniens ea tempora factis,
Tarsisina sua castella & mœnia matri
Reddit a, Dyracchium Corcyraq; & oppida forti

Plu-

12 VENETORVM DVCVM

Plurima parta manu, pœnas sibi sumpsit ab illo
Quem genuit, nomen metuit dum perdere iusti.



Ipsius ut clarum micuit clementia sydus,
Reddidit Vngaricae Reginae sceptra suorum
Rapta dolis, ne triste iugum Furlane subires,
Obsticte: Italicam pacauit multa per oram
Turbida: post terris abiens se se intulit astris,
Mille quadringentis Christicedenibus annis,
Institit atra dies vigesimatrina Nouembris.

MICHA

VITAE ET RES GESTAE. 93
MICHAEL STENVS,
Dux LXII.



MICHAEL Stenus, Ducatus successionem accepit Anno quadringentesimo & millesimo. In eius Principis honorem per totum ferè annum ludi, magnifico apparatu instructi, celebrati sunt. Per id tempus ex sex triremibus, merce onuslis, ex Syriare deuntibus, Leonardo Triuisano Praefecto, apud Taurinum sinum, quatuor tempestate acta naufragio perierunt, restamen cum omnibus ferè hominibus seruata sunt. Nec multo post Genuenses vnam & viginti

1400.

VENETORVM DVCVM.

viginti triremes, Eucicardo Gallicisanguinis homine Praefecto, struxerunt. Clasis Genua profecta, ad Scandalorum Cilitia oppidum admota, inde postea profecti Genuenses, in Syriam mouentes, Berutum subito incusso opprimunt, ibiq; Venetas & aliarum gentium naues, quæ tunc forte in portu erant, hostiliter diripiunt. Ex Syria in Peloponessi oram procedunt. Carolus Zenus qui Adriatico Sinui cum undecim triremibus præerat, Ligusticam classem in superum mare profectam intelligens, solitus ne quis in res Venetas impetus fieret, ad Ligusticam classem quæ inter Methonem & Iuncum concesserat, iter flectit: Sub eius accessu, acre prælium committitur, erat q; Venetis conditio deterior, quo plures Ligur triremes, pluresq; propugnatores Gallici nominis habebat, Et iam res Veneta inclinabat, cum Hermolaus Lombardus ex negociatione rediens, cum duabus triremibus opportune superuenit, qui quanto in discrimine res Veneta esset conspicatus, in hostem maximo impetu congressus, triremem vnam tam infesto ictu percussit, ut eam cum Venetoru*m* tota turma, bellatoribusque subuerterit. Eius clas de hostis territus, animum remisit, pugnatumque per quatuor horas dubio Marte, demum tribus hostium triremibus euersis, totidem captis, reliquæ fusæ fugataq; sunt. Sub id tempus, Nouellus Cararius, qui Padue Principatum aliquot annis ante, Venetis adiuuantibus, recuperauerat, beneficiorum immemor, odium quo Venetos prosequetur, haud dissimulans, semper aliquid moliebatur,

quo

quo Venetum sollicitares Imperium. Et primum
 Guielmū Scalam Verona potitum, venenosusculit; Causē Eā
 eiusq; filios proditione captos, necandos curauit, ganei bel
 ipseq; Scalani sublati, Verona potitur. Nec eo con- li.
 tentus, Vincentiam armis subigere adortus est. Vi- Vicentia
 centini autem à Cararijs abhorrentes, potentibus Venetijs
 vltro ciuib; se vrbemq; Venetis dedunt. Ea capta, cedit.
 Iacobus Surianus cum magna sagittariorum ma-
 nu, ad præsidium vrbis est missus. Miserunt etiam ad
 Cararium Veneti, admonentes, vt à Vicentino-
 rum rebus, qui in Venetorum fidem venissent, ab-
 stineret. Cararius autem, Caduceatore ad id mis-
 so, contra iusgentium violato, Venetis renunciari
 subet, mirari se Venetorum insolentiam, qui cum
 nullum ius in continenti habeant, leges meritò im-
 perantibus velint præscribere, irent, & paludibus se
 continerent, eosq; præesse ciuitatibus sinerent, qui
 eam facultatem, à maioribus suis accepissent. Tam
 insolenti Tyranni responso Veneti commori, cum
 Francisco Gonzaga societatem ineunt, eiq; copia-
 rum imperium demandant. Interim Feltrenses,
 Bellunenses, Bassanici, imperium Venetum vltro re-
 ceperunt. Carolo etiam Malatesta ex Flamminia
 accersito, totius exercitus summa demandatur.
 Qui aliquot expeditionibus in Patauinos factis, me-
 dio ardore belli, se imperio abdicavit: Quo abroga-
 so, Veneti Paulo Sabello, Romani sanguinis homi-
 ni, in re militari præstanti, totius rei summam de-
 mandarunt. Placuit igitur Francisco Gonzaga,
 bellisocio, Veronenses subitavi adoriri. Ille itaq;


VENETORVM DVCVM

Verona
Venetus
armis
cessit.

maturandum ratus, magno militum numero conscripto, Veronam ad eam partem adoritur, quæ ad Mantuanos vergit, Idem faciunt Veneti, ex Vicentinis mouentes: quo impetu Veronenses perterriti, cum nulla auxilijs spes subesset, cumq; Cararium, quod Guielnum Scalam, eiusq; filios veneno necasset, infensum haberent, dditionem fecerunt. Iacobus Cararius, qui ibi cum praesidio erat, Hostiliam profugit, Inde, cum Padum traiceret, captus, Venetias ductus est. In Patruinis vero Galeatius Grumelius Mantuanus, vel Gonzaga (vt à quibusdam dicitur) qui mortuo Sabello, Patrum decreto illi in imperium succedit, Patruino agro incendio & populonibus vastato, plerisque etiam oppidi captis, ad urbem deinde castra admouit. Sabellus enim, contrata in castris apud Patruium grani agritudine, intra paucos dies vita functus est, cuius obitum acerbissime Veneti tulerunt, ob singularem eius in Remp. fidem, corpus Venetias delatum & magnificentissima funeris pompa in templo Franciscanorum, principe & vniuerso Senatu deducente, sepultum est, equestrisq; ei statua, ante sacrariū, erecta & sequentes versus vicino marmori insculpti.

Hic iacet armipotens Paulus de stirpe Sabellus,
Incolumi quo Roma parens gauderet alumno,
Hec sibi ad extremum statuebat semina priscae
Perdit a virtutis, non hic Scipionib. impar,
Non Fabijs virtute fuit belloq; domiq;
Magnus erat vir Marte ferox prudensq; togatis
Consilijs,

*Corsilijs, hic Appulie victoria campis
Agmina direxit Caroli sub nomine regis.*



*Et cum Dux Ligurum Galeatzz, iustissimus Heros,
Crescit in Italia multa cum laude sub illa,
Hic tulit arma acies stravit, terrasq; subegit.
Postquam cum Veneti virtus animosa Senatus
Carrigeram delere domum cupit, obsidet urbem
Euganeam belli ductor castrisq; locatis
Ad Bassanellum, cum iam prope viator haberet,
In manibus Patauum, melioris adaucta Vrumpho
Gaudia, peste suum est corpus rapiente vocatus
Phabus adorato Christi dum voluit ab ortu.
Lustra ducenta vnū & centum quater aurēus annū
Tertiaq; Octobris lux infaulestima fulget.*

VENETORVM DVCVM

Et ad portam, quæ Crucis dicitur, ob sidone & certaminibus pene assiduis, urbem premebat. Demum intempesta nocte, scalis muro admotis, plerique in summum evasere, captaq[ue] porta, copia omnes repente in urbem immisssunt; Et tandem vrbis in dedicationem accepta est. Configuerat in arcem Franciscus Cararius cū filijs, quā Veneti non multo post receperat, urgente eos ad dedicationē fame, Franciscus captus & Venetas missus, vna cum fratre in carcere necatur. Isq[ue] Cariorum finis fuit. Patauio capto, Marinus Caraellus Praetor, & Zacharias Taruisanus Praefectus, eo missus est. Ea expeditione, Vicentia, Verona, Colonia, Feltrum, Bellunum, & nouissimè Patauium cum suis finibus, Veneto Imperio cesserunt, Veronensem & Patauinorum Legati, ad obedientiam deferendam, Venetas venerunt. Albertus

Pax Esten etiam Estensis, Ferrariae dominus, qui opem Carbibus redijs tulerat, veritus ne & ipse dominatus eyceretur, discessit.

cum iam Veneti in eius inuidiam Arium Estensem, ablegatum ex Gracia accersissent, Venetas supplex adveniam & pacem petendam accessit, quam hic conditionibus impetravit: Ut sal Comacij amplius non fieret, Venetum Magistratum Ferrariae acciperet; iuraretq[ue] se perpetuo in Venetorum amicitia mansurum. Sub id tempus summaturius, qua pro area ade est, conflagravit, qua postea sumptuosius,

Ladislao à Venetiis emitur. purissimoq[ue] auro illata, restituta est. Tunc quoque Ladislao Rex, ex Pannonia in Italiam ad Neapolitanum Regnum recuperandum trajecturus, Iadem urbem cum toto agro, ciueq[ue] Pelagi finibus, censum

tum millibus aureorum nummum Venetis vendit. Adeam recipiendam, Franciscus Cornarius, Leo Mocenius, Antonius Contarenus, & Fantinus Michael, cum valido praesidio, Legatorum nomine sunt missi. Sub id etiam tempus Florentini, Pipi ductu, cum Decem equitum millibus, Venetos fines invaserunt, idque bellum a Sigismundo Imperatore, cuius auspicijs Tuscus in Italiam mouerat, illatum dicitur. Sub primum Pipi accessum, Vtinenses, Saurignanis cum sua factionis hominibus ad Venetos transiuntibus, deditioinem fecerunt. Inde Pipus mouens, in Taruisinos fines transiit, Venetisque Sarauallum, Bellunum, ac Feltrum ademit. Adeos motus euer-tendos Veneti militem & arma compararunt, copia rumque imperium Carolo Malatesta, militaris disciplina prestanti decretum. In Taruifino & Felrensi agro, nonnunquam cruento Marte pugnatum, a Barbarisque in captiuos grauiter sauitum. Ferunt Pipum, post preclara belli facinora, auro corruptum, omissa Prouincia, in Pannoniam abyisse, cumque ad se reversum, Sigismundum liquefacto auro ori admoto necasse. Cum in hunc modum aliquandiu bellatum esset, misis ad Regem Thoma Mocenico, Francisco Foscari, & Antonio Cornario Legatis cum Rege in quinquennium inducias sunt pacta. Nec multo post, Stenus cum annos tresdecim Rempa. administrasset, natura concessit, & ad Minorum adem delatus est.

VENETORVM DVCVM
THOMAS MOCENICVS,
DUX LXIII.



1413. **T**HOMAS Mocenicus, cum Cremonæ, apud Cabrinum Fundulum, Legati numere fungere tur, absens, Dux declaratus est. Anno tertiodecimo & quadringentesimo supra millesimum. Sub idem tempore erat Ludouicus Thechius Aquileiensis Antistes, qui totam ferè regionem Forijulij, quam Patriam appellant, suis auspicijs administrabat: Inter hunc & Vtinenses orta discordia, cum ciues Saurignanae factionis viros, qui ad Venetos transierant, in urbem

yrbem reducere anniterentur, Thechius autem negat se id vñquam passurum. Veneti Sacilium occupant, Ludouicus Antistes, suis opibus parum fidens, ad Pannonia Regem profectus non multò post cum quatuor millibus Barbarorum affuit. Ciudadenses interim ad Venetos defecerunt, In eos igitur Ludouicus mouit, illi venientem hostem, præsidio à Venetiis accepto, intrepidè excipiunt, & cum castraperdi es quindecim in conspectu oppidi Pannones habuerunt, vi frigoris obsidionem soluere sunt coacti. Veneti autem Feltro, Bellono, alijsq; locis, que priori bello, amiserant, receptis Patrianos fines ingressi, Prato oppido euerso, Philippo Aretio armorum peritiissimo exercitum ducente, Vtinum castra admovent, & cum nulla auxilijs spes supereriset, Vtinenses ditionem fecerunt, missis Venetias Legatis, qui se, omniaq; in Venetorum fidem traderent. His benignè acceptis, decretum est, ut non Saurignani solum, sed quicunque extorres in patriam redirent, bonaq; singularis restituerentur. Eam ditionem vniuersa patria sœcuta est. Eius tempore Diui Marci ades incendio est penè absympta, eaq; liquefacto plumbo, quo operata fuit, agrè est ab igne defensa. Mocenicus summa integritate vir, cum annos decem Reipu. præfuisse, ex viuis excessit, & ad Gemellorum adem situs est tumulo satis eleganti, in quo bac carminale-
guntur:


Vtinensi-
um dedi-
tio.

Hec breuis illustri Moceniga ab origine Thomā, Magnanimū tenet vrna Duce, grauis iuste, modestus,

M 5 Iusti-

VENETORVM DVCVM

Iustitiae princeps q̄ fuit , decus ipse Senatus,
Aeternos Venetum titulos super astra locauit.



Hic Teucrum tumidam deleuit in aquore classem,
Oppida Taruisi, Cenete, Feltriq, redemit,
Ungaricam domuit rabiem, Patriamq, subegit
Inde Foriulli, Cattarum, Spalatumq, Tragunam,
Aequora piratis patefecit clausa peremptis,
Digna polam subiit patr̄is mens fessa triumphis.

Petrus Magistri Nicolai de Florentia, & Io-
annes Martini de Fesulis inciderunt hoco-
pus 1423.

FRAN-

Digitized by Google

VITAE ET RES GESTAE. 98
FRANCISCVS FVSCARVS,
DVX LXIIII.



FRANCISCVS Fuscarius, Ducatum adeptus 1423, est, Anno vigesimo tertio quadringentesimo & millesimo. Vir singularis sapientia, & eloquentia præditus, & verè Principatu dignus. Sub cuius administratione Veneti Imperij fines non parum prorogati: Et primum cum Philippo Mediolanensem Duce bellum suscepimus est, Is enim non contentus paterni Principatus maximam partem amissam armis recuperasse, nonnullas etiam urbes, nunquam à suis

maioribus possessas, miro felicitatis cursu, si o Imperio adiecit: Nouissime vero Florentinos multis illatis cladibus ita attriuit, ut de libertate retinenda non parum solliciti essent. Missus igitur eorum ad Venetos Legatis, ad fœdus in Philippum ineundum, multis deprecationibus adhortantibus, Veneti Florentinorum precibus fatigati, Philippi etiam opes iam suspectas habentes, ad Philippum legatos mittunt, eumque adhortantur, ut positis armis cum Florentinus bellare desistat: Philippus autem cum se omnia Venetorum causa facturum prædicaret, tamen nihil remissius Hetruscas opes virginere perseuerabat. Missus postremo ad illum Paulus Cornarius, qui nisi confessim à bello abstineret, illi aperte bellū denunciaret. Ad quod etiam non parum Venetos impulit

Carmignola ad Venetos transitio. Francisci Carmignola auctoritas, viri ea tempestate bellicalaude insignis, qui à Philippo discedens ad Venetos tunc confugerat. Veneti igitur inita cum Florentinis societate, & cum his Nicolao Estense, & Francisco Gonzaga, & Amadeo Sabaudiae Duce, Carmignola omnium copiarum Imperium demandant, conscriptisque sexdecim equitum millibus, peditem octo millibus, communi populorum impensa, cumque fluuiali & maritima classe instructa, Philippum eodem tempore, pluribus à lateribus oppugnare adorti sunt. Et primum Carmignola tentata Brixiae arcis per proditionem occupatione, cum id parum processisset, cū Guelphæ factionis primorib. qui

Brixia à Venetis capitulatur. Philippo aduersabantur, & principi Petro, & Achille Aduogaris, multis pollicitationibus egit, ut silen-

tio noctis refracto muro, intra urbis moenia recipie-
 tur, eaq^z ex parte occupata, Veneti tandem septem
 mensium oppugnatione, totam in potestatem suam
 redegere. Ad recipienda deinde Brixianorum castel-
 la Carmignola conuersus, nonnulla ab hoste rece-
 pit. Paulo q^z, post, Martinus Pontifex, Cardinalem
 Sancta Crucis, Legatum ad Venetos misit, qui pa-
 cem inter Philippum & Venetos componeret, qua
 Oratoribus hinc inde missis sub certis conditionibus
 Philippo data est. Verum ad eam iam prius acce- Ingens
 ptam, cum Philippus stare noluisse, rursus bellum Venetoru
 verinque reparari coptum est, pugnatumq^z est ter, apud Ma-
 eo anno, Ad Gotolengum Brixianorum Castellum, clodium
 Ad Summum Cremonensium Vicum, quibus in lo- vi. vi. 14.
 cis dubio vtrinque marte discessum est. Apud Maclo-
 dium tertia pugna commissa, In quo Philippi copia
 superantur, magnaq^z strages edita, Captus Carolus
 Malatesta copiarum Imperator, & cum eo equitum
 peditumq^z circiter octo millia, impedimentaq^z om-
 nia in potestatem venerunt. Captus Carolus a Car-
 vignola & Mantuano Principe cum omnibus ca-
 piuis incolumis dimittitur. Ea tanta clades fuisse
 dicitur, vt si Carmignola captiuos retinere, cursum-
 q^z victoriae sequi voluisse, Philippum Principatu ej-
 cere haud magno negotio potuisse. Et demum Phi-
 lippo ea clade costernato, ad pacem inclinante, Mar-
 tini Pontificis Legati interuentu, Ferrarie, eò pro-
 ficiientibus Principum & ciuitatum Oratoribus,
 bu conditionibus pax composita est, Ut Brixiam & P. ix cum
 oppida Brixianorum, Cremonensiumq^z, que ante a Philippo
 ceperant

VENETORVM DVCVM

esperant Veneti, retinerent: Vtq; Philippus Bergomum, Bergomatemq; agrum Venetis ex fædere deret, & ne socios Venetorum Florentinorumq; bello vexaret. Nec tamen pax illa diurna fuit, Florentini namque ægrè ferentes Guinisum Tyrannum Lucensem superiore bello Philippi partes secutum fuisse, opprimenda Lucae occasionem nacti, Nicolas Fortebrachio Duce, Lucensem agrum hostiliter invadunt, captisq; quibusdam Castellis, yrbem obsidere adorti sunt, Philippus autem Guinisii precibus motus (veritus etiam ne si Luca Florentini potiti essent potentiores eos haberet hostes) Franciscum Sfortiam cum magno equitatu in Florentinos mittit, qui alpes transgressus, & Luca appropinquans, tantum terroris hostibus iniecit, vt castra mouere, & Lucam obsidione soluere coacti sunt. Sforzia autem cum paulò post ex Hetruria in Galliam cum copijs decepsisset, Florentini noua obsidione Lucenses premere adorti sunt. Ad quorum conatus euertendos Philippus Nicolaum Picinimum cum ingentibus copijs misit, Qui magno tumultu, in Florentinos erupit. Veneti autem sociorum periculo Recens cū moti, missis ad Philippum Legatis, eum ad arma ad Philippo uersus Florentinos deponenda adhortancur, Eo autem bellum aduersante, renouato cum Florentinis fædere, ei bellum indicunt, ingentemq; classem decernunt, qua Padofiumine hosti obiceretur. Interim Carmignola Soncina arcis per proditionem occupanda insipem adductus, pacta cum arcis Prefecto non parua pecuniarum vi, in insidias precipitatus à Sforzia, & Tollen-

Follentinare interceptus, mille & amplius equitib.
amissis, agrè sè ab hostibus proripuit. Nec multo propter
apud Cremonam in Pado, nauali prelio pugnatum,
Nicolao Taruisano classis Praefecto, in quo l' eneta
classis disiecta profligataqe est, magnaqe clades ac-
cepta, ex ingenti namque nauium numero, quinque
tantum fugatis, reliqua in hostium potestatem ve-
nere. ad eam cladem vlciscendam, quoniam Philip-
pi classem Genuenses instruxerant, Veneti nouam vi-
ginti triremium sub Petri Laurendani Imperio clas-
sem in Ligures instruunt, & quinque etiam triremib.
a Florentinis acceptis, celeri nauigatione Liburnū ap-
plicuerūt, Iacobo Adorno Antonioqe, Flisco, enuensi-
bus extorribus, belli socijs exceptis, in classemqe ad-
missis, vt in patriam reducerentur. Ligures contra
quatuor & viginti triremibus instructis, Francisco
Spinula Praefecto, apud Rapalitanu Sinū mouerunt
& in Venetā classem plenis velis inuehuntur. Laure-
danus autem fugam simulans, celeri cursu in Sinum
proripuit, cum Ligures veluti fugientem sequuntur:
Venetus autem postea triremium proras in Ligu-
sticam classem flectens, in eam ferociter inuehitur,
manuqe utrinque conserta, cruentum oritur preli-
um, maximoqe ardore vario euentu hinc atque in-
de per aliquot horas dimicatum: Demum Praetoria
naui intercepta, octo ex hostium triremibus dedi-
tione facta, in Laurendani potestatem venerunt, re-
lique male habita, celeri fuga in altum euaserunt. ensibus
Lauredanis, Spinula Praefecto cum octo nauium victoria.
gubernatoribus Venetas nisiis, Corcyram concepit.

Nec

VENETORVM DVCVM

Nec multo post, in Cremonensi agro, apud Summam locum Pado propinquum, cum Philippi copys, magnis utrinq; animis, dimicatum, vbi neutro inclinante fortuna, pugna distracta est. Sub id etiam tempus, Caualcabous industria armorum Ductoris, Cremona penè capta est, occupata ab eo eius vrbis porta, eaq; per biduum detenta, potitiq; vrbe Veneti fuissent, si Carmignola, qui ad Tertium lapidem cū vna legione substiterat, copias subsidio n̄ isisset. Verum eo cessante, qui in vrbe erant, paucis amissis, se ad suos receperunt. Tunc vero Carmignola fides apud Venetos suspecta esse cœpit, quæ ex eo concepta est, quod clavis sub eius oculis ab hostibus disiecta es- Cremona set, & ad Cremonam penè captam subsidium ferre peneca- neglexisset, quodq; captiuos ad Macodium captos pitur. dimisisset. Venetis igitur sub specie belli consultandi Carmignola accersitus, quæstione, & literis perfidia coniunctus, securi est percussus. Eos sub Carmi- gnola trū lato, Mantuano Principi copiarum imperium est catur. delatum, Georgio Cornario & Marco Dandulo Legatis, Multisq; expeditionibus factis, & Bordelano, Ruminengo, Fontanella, Suncinoq; Philippo ademptis, Vallem deinde Camonicam, & Tellinam Legati armis subegere. Et cum Cornarius cum tribus hominum millibus præsidio Tellinam Vallem obtineret, Picininus ab aduersæ factionis hominibus accersitus, Vallem tumultuosè ingressus, Legatum ipsum cum omnibus ferè copys exceptum oppressit, Capti- q; cum Cornario plures armorum Ductores insig- nes. Demum Nicolao Estense Ferrarie domino Ve- netias

netias accedente, Venetosq; ad pacem adhortante,
 his conditionibus composita est. Ut Philippus Brixia Pax cum
 ni, Bergomensis q; agri locis decederet: Montferra - Philippo.
 tēsi Principatum redderet: Florentinis in Volaterrā-
 no & Pisano agro oppida restitueret: Captiui vtrin-
 que restituerentur. Confecta pace, Philippus omnem
 belli vim in Eugenium Pontificem conuertit, Multe
 interim expeditiones hinc atque inde, multiq; ar-
 morum conatus fuere: Pontifex q; ita vexatus, vt vr-
 bem relinquere coactus fuerit. Per id tempus, Mar-
 silius Cararius, Francisci filius, à Philippo impulsus,
 subornatis quibusdam Patauinis ciuibus, vrbe in oc-
 cupare adortus est: & iam mutata ueste Vicentinos
 fines attigerat, sequenti die vrbum ingressurus, cum
 à quibusdam notus, cum paucis socijs captus, Vene-
 tias perducitur, vbi securi percussus est. De Patauinis Marsilius
 etiam, coniurationis conscīs, supplicium sumptum. Cararius
 Sfortia deinde à Philippo alienatus, Eugenij Ponti- securi per
 ficiis & Florentinorum stipendia secutus, eorum co- cutitur.
 pīs præficitur. Venetorum autem stipendio Melita,
 vir rei militaris peritissimus, militabat, simul etiam
 Mantuanus Princeps omnium copiarum apud Ve- Mantua-
 netos imperium obtinebat, Multaq; ab his expedi- ni Duci-
 tiones cum Picinio, alijsq; Philippi Ducibus confecta. defectio.
 Cum Mantuanus, qui occulte cum Philippo foedus
 percusserat, rem Venetam in apertum penè discri-
 men adduxit: Picininus namque Philippi exercitus
 Dux, ascito in societatem belli Principe Mantuano,
 Foroliuio, Imola, Rauenna, Bononiaq; occupatis, in
 Parmensem agrum reuersus, ingenti equitatu com-

N^o para-

VENETORVM DVCVM

parato, Padum traiecit, & Casale maius, & quicquid Veneti in Cremonensi agro tenebant, brevi recepit, Deinde ad Caualcationem cum Melita Veneti exercitus Duce, congressus, eum fudit fugavitque. Ad Brixiam deinde mouens, urbem oppugnare adortus est. Verum eam Franciscus Barbarus Prator, vir doctri na insignis, ita strenue defendit, ut eam hostis omittere non sine suorum incommodo coactus sit. Ad occupanda deinde castella, circumquaque posita, Picininus conuersus, ne commeatus in urbem submitterentur, omnia longe lateque populando, nihil ferè Venetis reliqui fecit, occupato magna ex parte Mintio, Athesi, Benaco, ne quicquam subuehi urbi penuria laboranti posset. Ex Athesi tamen naues quadam attractæ usque ad Sancti Andreæ Lacum, inde in Benacum à Peneta, & Torbolum mirabili quadam arte, Sorollo quadam Cretensi auctore, per montes demisse, rem Venetam non parum adiuuerunt. Veneti autem res suas maximo in discrimine cernentes, nisi egregium aliquem belli Ducem haberent, qui rebus penè perditis succurreret, Iacobum Donatum ad Florentinos mittunt, orantque, ut si rei Veneta & libertati Italiae consultum velint, Franciscum Sfortiam cum omnibus copijs mittant. Florentini autem suo & Venetorum periculo moti, Sfortiam adhortantur, ut arma pro Venetis sumat. Eugenius etiam, vt Sfortiam ad Venetum stipendium deduceret, eum agri Piceni Marchionem declarat, quibus pollicitationibus motus Sfortia, cù etiam à Philippo de filia sibi tradenda dudum ludificatus fuisset.

fuisse, renouato cum Venetis & Florentinis in quinto
 quennium födere, cum suo equitatu in agrum Ferram Nouum
 riensem descendens, traecto Pado, in Patavinis Ve- fœdus cū
 netorum copijs auctus, cum duodecim equitum mil- Sfortia
 libus, peditum quinq^u millibus, in agro Veronensi ad Floren-
 Suaue, hostifitobuiam, vbi per aliquot horas dubio tinis.
 Marte acriter pugnatum est, Cedente deinde Picini-
 no, Sfortia omnia breui de Vicentinis, & Veronen-
 sibus castella recepit, & cum Brixiam obsidione le-
 uare studeret, alios interclusos aditus cernens, Athe-
 sim traiecit, & in Tridentinum agrum mouens, ad
 Teniū oppidum peruenit, Venit & eō Picininus, vbi
 cum acriter esset pugnatum, Picininus à reliquo ex-
 ercituseclusus, magno accepto incommodo, salutem
 sibi fuga quaesivit, fuisse, q^u ab hostib. captus, nisi Car-
 olus Gon^Zagase hosti interponens, illum à tanto pe-
 riculo liberasse, qui dum Ducem seruare studet, ipse
 ab hostibus capit, & Veronam in carcerem ductus est. Nec ob id Picinini ferocia desedit: Nam paulò post
 cum Mantuano Principe celeriter mouens, Veronā
 urbem inopinato accessu occupat, admotis admuros
 scalis, per Citadellā silentio noctis ingressus. Sfortia
 autē captam ab hostibus Veronā intelligens, eō pro-
 perè omnes copias mouit, & per arcem sancti Felicis
 in monte sitam ingressus (nā ea & Castrū vetus ad-
 huc in Venetorū potestate erat) structis acieb. magno
 impetu hostes inuadit, pugnatūq^u, acriter ea parte yr-
 bis quā insulam vocant. Demū cū Picininus & Man-
 tuanus Princeps cum suis copijs se ad pontē nouū re-
 cepissent, ibi q^u ex vtraq^u parte plurimi cōglobati pu-
Venetorū
victoria.
Verona
ab hostib.
occupa-
tur.

VENETORVM DVCVM

gnarent, pons ligneus pondere nimio pressus contigit, submersiq; fermè omnes, & pondere armorum depresso. Acurrens deinde ad pontem nauium Sfortia Verona à tia, traductis copijs, Picininiū & Mantuanum, ciuib; Sfortiare nihil mouentibus, vrbe, triduo post eam captiā cipitur. expulit, Picinino posteā in Hettruriam aduersus Flo-

rentinos Philippi iussu accidente, Sfortia superata ad Benacum Philippi classe, non solum Brixiam & Bergomum obsidione liberat, sed etiam ad Soncīnum, eius copijs superatis, captisq; mille & quingen tis equitibus, Brixiana castella, & partem Cremōnensis Mantuaniq; agri, ac totam Glaream abdue, breui in Venetorum potestatem redigit: Ademptis etiam Mantuano principi Asola, Lonato, & Pisceria oppidis satis magnis & munitis. Sub id etiam tem pus Rauenna, Hostasio Polentone eius domino, Vene tias cum coniuge & liberis accidente, dederuntibus vltro ciuib; in Venetorum potestatem concessit. Ad quam recipiendam Iacobus Antonius Marcellus ex Gallia acceritus, cum quinque equitum turmis accepsit. Apud Tignanum etiam vicum, Sfortia Pici nino obuiam factus, cum eo conflixit: pugnatumq; aliquandiu incerta victoria. Martinengum inde profectus, oppidum firmo prædio munitum, obsidione cingit & oppugnat. Philippus autem tot cladibus circumuentus, cum etiam apud Bur gum, à Florentinorum & Pontificis exercitu vi ctus, non paruam cladem accepisset, ad pacem inclinans, Blanca filia cum omnibus fortunis in Sfortia fidem & arbitrium coniectis, Eusebio quo dam

Rauenna
Venetis
cedit.

Nam Caimmo, hinc indeq; commeante. Pax aliquan- Pax cum
 diu ante inter Philippum & Sfortiam occulte agi- Philippo.
 tata, ad Capriana hoc modo composita est: Ut Sfor-
 tia Blanca Philippi filia in vxorem ducta, Cremona
 cum agro & Pontremolum in dotem acciperet,
 Veneti Piscariam, Asulam, Lunatum, Mantuani op-
 pida, retinerent: Reliqua GonZaga restituerunt: Phi-
 lippus nullum in Brixensi & Bergomate agro ius
 haberet: Ei q; omnia in Abduana terra oppida rede- Sfortie
 rentur. Pace in hunc modum declarata, anno qua- cum con-
 dragesimo secundo quadringentesimo supra millesi- iuge Ve-
 num Sfortia cum coniuge Venetias venit, qui à netias ac
 Principe & vnuerso Senatu honorifice excepti cessus.
 sunt. Per id tempus Procuratorum numerus auctus
 est, cum ante a sex essent, tres additi sunt. Antibaris
 in Epyro vrbs, ab Antonio Diedo, Sinus Praefecto, vi
 capta est, & Imperio Veneto subacta. Post pacem
 cum Philippo confectam, Sfortia Cremona dotis no-
 mine accepta, ea q; Venerorum fidei commissa, in Pi-
 cenum duxit, inde in Neapolitanum regnum profe-
 cturus, ad eis vrbes recuperandas, quas pater sibi
 bello armis q; comparauerat. Philippus autem agrè
 ferens Cremonae custodiam, à Genero Venetis po-
 tius quam sibi commissam, aduersus eam urbem su-
 as dirigit copias, eam q; oppugnare adoritur. Veneti
 autem fidei Sfortiae præstata non immores, missa
 ad Philippum Aloysio Fuscarenio, qui nisi à rebus
 Sfortiae abstineret, ei bellum indiceret: eo q; à Philip-
 po non audit o, Michaeletum Atendulum, copiarum
 Ducem, in hostem confessim mouere iubent. Is au-

VENETORVM DVCVM

rem cum sex millibus equitum, totidemq; peditibus
Olio superato, in Cremonensi ad Casale maius con-
sedit, hosti q; in Padana insula occurrens, conserto
prælio cum castris exuit, magnamq; vim equitum
capit. Et liberata ob fidione Cremona, recuperatisq;

Venetoru
victoria. oppidis ab hostibus occupatis Venetus Dux, aucto
etiam Ludouici Gonzage copijs exercitu, in Geram
Abdua mouens, nihil præter Cremam, & Laudem
Philippo reliqui fecit. Inde copias fluuiot raducens,
captus ex hostibus sexcentis equitibus, incendijs &
rapinis omnia paſsim complentens Veneti Duces,
Mediolanum vsque perueniunt, vbi prope portas, Ia-
cobus Antonius Marcellus, & Antonius Martinen-
gus, ob rem bene gestam, equestris sunt dignitate do-
nati. Sfortia interim cum in Picentibus ab Alphon-
si, & Eugenij armis premeretur, hostesq; sustinere
non posset, ad Philippum transiens, eius copijs præfi-
citur. Alfonso & Eugenio eum ad id hortantibus,

qui rem Venetam augeri iniquo animo ferebant,
magni q; hinc atq; inde bellorum conatus fuerunt,
cum Philippus ventris profluvio vita discessit. Quo
defuncto, Laudenses libertatis studiosi, in Veneto-
rum fidem cessere. Placentini & ipsi quatriduo post
deditione facta, se Venetis subiecerunt, missi q; eò
cum Iacobo Antonio Marcello, mille & quingenti e-
quites, qui vrbiprefidio essent. Mediolanenses autē
magno animo bellum aduersus Venetos suscipiunt,
Franciscumq; Sfortiam ex Piceno accersitum, &
magnis itineribus Cremonam proficiscentem, exer-
citus & copiarum omnium Ducem in Venetos deli-
gunt.

Sfortia
ad Philip-
pum tran-
sit.

Philippi
mors.

gunt. Qui Pado, castellis & Machinis munito, ne
 Venetis aditus ad Placentiam pateret, Abduam
 amnem ad Picigitonum traiecti, non longè ab ho-
 stibus ad Carauagium castra locat. Eius aduentu Pa-
 pienses, sumptis animis, se urbemq; Sfortia dedunt.
 Inde Franciscus mouens, omni fere Gallia militia in
 rnum robore contracto, Placentiam firmo Veneto- Sfortia
 rum praesidio munitam, adoritur, parteq; murorum Placenti-
 tormentis demolita, terrestri & nauali oppugnatio am diri-
 ne crescente Pado, ita ut nauigia mœnibus appelle- pit.
 rentur, urbem caput, captamq; militibus diripiendam dedit. Veneti etiā per Padi fluenta, valida clas-
 se, Andrea Quirino Praefecto immissa, Cremonenses
 fines non parum vexabant. In eam Sfortia expugna-
 tis primum quibusdam in Cremonensi agro & Gie-
 ra Abduae castellis, terra & aqua mouit, & eam re-
 trocedere ad Casale maius coegerit, eodq; secutus ho-
 stis, crebris tormentorū ictibus Venetam classem ita Veneta
 desecit, ut Quirinus desperatione actus, incensa, classem in
 classe, ni ab hostibus caperetur, effusa fuga, se in proxi- Pado dis-
 mum oppidum receperit. Profectus inde hostis ad iecta.
 Carauagium, firmo Venetorum praesidio munitum,
 castra locat. Mouet & ev Antonius Atendulus, Vene-
 torum Dux, & leuibus aliquot cōmissis prælijs, de-
 dum ad summam dimicationē ventum est, Hermo-
 lao Donato, & Girardo Dandulo Legatis ad opē Ca-
 rauagianis ferendam adhortantib. Pugnatū acriter
 per aliquot horas dubio Marte, tandem via paludib.
 coartata, iniuitate loci, Veneta copia circunuenit,
 cum neq; pugnare, neque cedere intam angusto loco

VENETORVM DVCVM

hostibus vndiq*z*, instantibus posse*n*t, infugam vertuntur. Tunc vero cedentem hostem Sfortia insecutus, Venetoru*m* castris opulentissimis eum exuit. Octo equitum pe- ad Cara- ditum q*z* millia cum ip*s* legatis in hostium potesta- uazum tem venerunt. Inde Sfortia Brixiam mouens, urbem clades. ob*s*idione cingit. Ea clade Veneti commoti, vt à se tantam belli molem auerterent, cum Sfortia agunt (qui iam Mediolanensibus suspectus esse coep*er*at) vt dimissa Brixia, omnes su*as* vires Mediolanum conuerteret, ei, ad eius Dominium consequendum, auxilia & copias pollicentes. Sfortia igitur cum Venetiis foedus his conditionibus iniuit, vt quicquid ultra Abduam Padum q*z* caperetur, ip*s*e haberet, quicquid vero citra, Venetorum esset: haberet q*z* Franciscus à Venetiis & Florentinis singulis mensibus decem aureorum numum millia. Initio in hunc modum fede-re, Sfortia Abdua superato, in Mediolanenses mouens, breui omnes ferè eorum ciuitates in deditio- cum Vene nem recepit, Cremaq*z* sub id tempus, in Venetorum tis foedus fidem concessit. Interim Sabaudie Dux, qui cum Me diolanensibus in Sfortiam foedus iniuerat, cum sex Bartholo. Barbarorum millibus, Compensio Duce*n*, in Italiam Coleo Sa- descendens, in Nouariensi agro consedit. In eum Bar baudien- tholomeus Coleo, cum Iacobo Antonio Marcello, à ses vincit. Venetiis missus, mouit, & ad Sicidiam fluum cum Barbaris congressus, eos fudit fugauit q*z*, ad quingen ti equites cum ipso Compensio capti. Sfortia interim ad Mediolanum ob*s*idendum, urbemq*z* fame do-mandam studebat, verum cum Veneti animaduer- terent, si Mediolano Sfortia potiretur, fore vt ali- quan-

quando cum nimis potentem hostem haberent, tem-
 ptarunt inter Mediolanenses, & Sfortiam his con-
 ditionibus pacem componere, Paschale Malipetro,
 & Ursato Iustiniano Legatis adid missis: Ut omnes Pacis con-
 ferèr vrbes quæ Philippi fuerant, prater Mediolanum ditiones
 & Laudem, Franciscus haberet. Eam autem cum ille Sfortia
 repudiasset, Veneti cum Mediolanensibus fædus in- oblate.
 eunt, militesq; suos reuocant. Sfortia autem ad bel-
 lum suis auspicijs ingenti animo suscipiendum con-
 uersus, continuata in Mediolanum obsidione, Flo-
 rentinorum & Cosmi Medici (vt dicitur) pecunia
 adiutus, media hyeme post multas illatas acceptasq;
 clades, aduersante etiam Alphonso Rege, qui Medio- Sfortia
 lanum hereditario iure sibi deberi dicebat, Medio- Mediola-
 lanensibus fame ad extremum discrimin adductis, no poti-
 ob idq; Leonardo Venerio Veneto Legato à populo tur.
 trucidato, vrbe tandem potitur, anno quadragesi-
 monono quadringentesimo & millesimo. Veneti au-
 tem initio cum Alphonso fædere, & Sigismundo Ma-
 latesta, Caroloq; Gonzaga, egregijs copiarum Duci-
 bus mercede conductis, & Sabaudia Duce, Marchio-
 neg; Monferratense, in socios acceptis, in Sfortiam
 mouent. Ille autem Florentinorum amicitia fretus,
 sumptoq; belli socio, Ludouico Principe Mantuano,
 bellum constanti animo sustinet. Per id tempus, Fe-
 dericus Imperator, cum Leonora coniuge, ad Impe-
 ri coronam accipiendam, Roman profecturus, in
 Italiam descendit: qui postea domum rediens, acce-
 pta à Pontifice corona, Venetas accessit, & à Prin-
 cipe & Sena. honorificè exceptus est. Veneti au-

VENETORVM DVCVM

tem, abeunte Imperatore, comparato ingenti exercitu, Cremonensem agrum adorti, omnia longe latèq; populantes, Suncinum, & alia vicina loca expugnant, al:quotquē hostium turmas capiunt. Verum superueniente Ludouico Principe Mantuano, & in agrum Brixensem mouente, ea loca, prater Suncinum, & Carauagium, sunt ab hoste recepta. Multa postea hinc atque inde expeditiones, varij q; armorum conatus fuerunt, Verum alia maior cura Venetos incessit. Bisantij namque à Turcorum Rege expugnatio, per id tempus nunciata est, totaq; vrbs à Barbaris direpta, multi mortales occisi, pluri-
Bisantij
amissio. mi in captiuitatem ducti, ex quibus septem & quadraginta Veneti Patricij ordinis fuisse dicuntur. Misserant paulò ante Veneti ad eius vrbis sub fidium tremes plurimis, Verum sera nimium auxilia fuerunt. Interim Alphonsus Rex, Ferdinando filio cum validis copijs in Florentinos misso, Hetruscas res non parum vexabat. Cum Sfortia & Florentini, Renatum Regem ad Neapolitanum regnum, vnde pulsus fuerat, repetendum, multis pollicitationibus acer-
Taxcum
Sfortia. fitum, in Venetos concitant. Cuius accessu, eiusq; non paruis copijs Sfortia auctus, ex Brixianis, & Bergomatibus aliquot castella in ditionem accepit. Demum Venetis & Florentinis diutino bello fisis, Sfortia etiam ad id inclinante, Simoneto quodam ordinis Heremitarum, ulro citroq; commen-
Taxcum
Sfortia. te, pax his conditionib. confecta est, anno millesimo quadragésimo quinquagesimo quarto: Ut quacunque prater Geram Abdua, cuiusq; ante id bellum fu-
issen-

isſent, redderentur. Castellionum de Florentinis Alphonsus retineret: Si qua deinceps discordia orta esſet, Pontifici cognoscenda relinqueretur. His clarissimè gestis ciuitateq; & publicis & priuatis edificijs non parum aucta (nam & Georgij Phanum, & Zarcharia ades per id tempus fundari cepta est & Lazaratum nouum ad purgandam peste ciuitatem instructum, Multaq; alia speciosissima adicia confecta) Fuscarius Dux, cum annis circiter triginta sex. Reip. prefuisset, & ob senium parū publicis commodis proficeret, illi adhuc viuenti, Pasqualis Maripetrus subrogatus est. Nouo Principe creato, dolore (ut dicitur) confectus Fuscarius, Paulopost expirauit Defuncto Ducarij insignib. benemerentirestitutis. Ad minorem adem Principe comitante honorificenter elatus, & in magnifico marmoreo, Monumento sepultus est, cum hac inscriptione sub imagine ipsius posita:



Acci.

VENETORVM DVCVM

Accipite ciues Francisci Foscari vestri ducis imaginem. Ingenio, memoria, eloquentia, adhac iusti-



tia, fortitudine animi, si nihil amplius, certe sum-
morum principum gloriam emulari contendit: Pie-
tati erga patriam mea satis feci nunquam: Maxima
bella pro vestra salute & dignitate, terra mariq;
per annos plus quam triginta gesi, summa fœlici-
tate confeci: labantem suffulsi Italia libertatem:
Turbatores quietis compescui: Brixia, Bergomum,
Rauennam, Cremonam, Imperio adiunxi vestro: Om-
nibus ornamentiis patriam auxi: pace vobis parta,
Italia intranquillū fœdere redacta, post tot labores
ex haustos, etatis anno 84. Ducatus quarto, supra
tricesimum, salutisq; M. CCC. LVII. Kal. No-
uemb. ad aeternam requiem commigravi. Vos iusti-
tiam & concordiam, quo sempiternum hoc sit impe-
rium, conseruate.

P A S-

VITAE ET RES GESTAE. 107.
PASCHALIS MARIPETRVS,
DVX LXV.



PASCHALIS Maripetrus, Fuscaro adhuc vi- 1457.
uenti, Dux suffectus est, anno millesimo, quadrin
gentesimo, quinquagesimo septimo, vir integritate
& moribus clarus. Eo declarato, lege cautum est, ut
qui semel Dux electus fuisset, quo usque viueret, ea
dignitate priuari non posset, nisi alicuius flagitij
conuictus fuisset. Maripetrus autem pacem à Fusca Felix ciui
ro acceptam, domi forisque, in uiolatam, vsque ad ultimam sta
mum vitae diem, seruauit. Fuit quod eius Principatus tus.
omni


VENETORVM DVCVM

omni ex parte fælicissimus , cum Priucept ipse im-
primis paci studeret , religionem coleret , bonis fau-
ret , flagitosos insectaretur : Iustitiam denique in-
uiolate seruaret . Eius tempore , imprimendorum li-
brorū in Germania tunc primum ratio inuenta est ,
qua procedente tempore ita vagata est , ut totum fe-
rè orbem terrarum repleuerit . Et cum annos quatu-
or , menses sex , Remp . administrasset Maripe-
trus , evita discessit , & ad Gemellarum
adem honorifice sepultus est ,
cum hoc elogio :



Peschan

Paschalis Maripetrus, P. maximus Reip. Senato-
ribus bonitate & eloquentia semper par, religio



ni: ac rerum vsu nulli secundis, & cum ijs laudibus
en ciuitate excelleret, in locum Francisci Foscari, ad
huc viuentis, a patribus suffectus, quod ante a domi
debilitatum erat, sua authoritate in pristinum sta-
tum diuinitus restituit Vixit in princip. Anno. IIII.
Menses VI. dies VI. Obiit M. CD. LXI.

CHRI-

VENETORVM DVCVM
CHRISTOPHORVS MAVRVS.
DVX LXVI.



1462. **C**HRI STO PHOR V S Maurus Maripetro
succes sit, anno millesimo, quadringentesimo, se-
xagesimo secundo. Eius secundo Ducatus anno, cum
Othomano Turcorum Rege, bellum est suscep tum.

Prima in Is enim cum mult as clades in Gracia, & alijs Euro-
Pelopo- pæ regionibus, Christianis intulisset, Peloponessum
nesso in etiam sibi armis vindicauit. Veneti autem ut illius
Turchos victoriae cursum remorarentur, classem sub Victoris
expeditio Capelli imperio compararunt. Terrestres etiam co-
pias

pias Bertoldi Estensis ductu , multisq; cum eo illa-
 stribus copiarum ductoribus, in Peloponessum mise-
 re. Et primum Argos, in Grecia urbem vetustate in-
 signem, adorti expugnant, diripiunt q;. Inde quibus-
 dam alijs ignobilioribus oppidis occupatis, cum quin
 decim millibus hominum ad Isthmum perueniunt.
 Affuit & Alouisius Lauredanus cum valida classe, &
 arduum opus aggressi, quatuordecim dierum spatio,
 totam Isthmi longitudinem quatuor passuum milli-
 um numero, muro fossaq; muniuere, opere perfecto,
 validoq; praesidio munito, Bertoldus cum copijs ad
 Corinthum mouit, eumq; oppugnare adortus, ibi
 cum bellico operi daret operam, Dux ipse saxo super
 ne inieicto perculsus, paulo post expirauit. Cuius mor ^{Bertoldi}
 te consernati Christiani milites, Corintho non sine ^{mors.}
 cade depulsi, Isthmum etiam relinquere coacti sunt.
 Per id tempus in Tergestinos etiam sunt arma illa-
 ra, causa de vectigalibus inter Tergestinos & Iusti- ^{Tergesti-}
 nopolitanos orta, missisq; Antonio Martiano, cum num bel-
 alijs plerisque armorum Ductoribus, Tergestum ob lum.
 fideri cœptum, præerat castris Vitalis Landus, & Ia-
 cobus Antonius Marcellus Utini Prefectus, Legato-
 rum nomine, qui parte murorum demolita, scalis
 muro admotis urbem oppugnare tentarunt, sed re-
 parū feliciter mota, vrbis est strenue defensa. Tenu-
 it deinde obsidio aliquot menses, tenuissetq; diutius,
 Sed Pius Pontifex Tergestinorum periculo motus,
 (fuerat enim eorum Antistes) cū Venetis egit, vt ab
 iniuria abstinerent, certisq; conditionibus Terge-
 stini bello liberati sunt. In maritimis vero Vrsatuk

O Iusti+

VENETORVM DVCVM

Iustinianus, qui Alouiso Laureiano ad Imperiana
maris successerat, cum triginta triremibus Mityle-
nas concessit, Vrbemq; oppugnare adortus est. Vnde
repulsus telorum multitudine, crebrisq; vulneribus
militibus afflictis, magna accepta clade, inde disces-
fit. Nunciata deinde Turcorum numerosissimæ clas-
sis appropinquatione, Ursatus ex Mitylene in Eu-
boam venit, inde in Peloponessum delatus, ibi dolo-
re (ut dicitur) confectus, paulò post obiit, vir &
magnitudine animi, & sumptuositate clarissimus. In
eius locum Iacobus Laureanus ad imperium ma-
ris est missus, & paulò post Sigismundus Malatesta
cum mille viris secutus est, Pio Pontifice cum Vene-
tis, Pannonie Rege, Et Burgundiæ Duce bellum in
Turcos molientibus, & primum Sparta est obsedio-
ne tentata, verum capto oppido arx ob validum
Turcorum praesidium, expugnari non potuit. Ten-
tauit deinde Laureanus, superatis Dardanulis Ca-
stellis, ad Helleponsi aditum, sibi ex aduerso respon-
dentibus, in Gallipolitanam oram impetum facere.
Classe eo appulsa, accidit, ut triremes, cui Iacobus
Venerius præfuit, velo & remis innixa, per crebros
machinarum ictus angustias euaserit: Verum e aplu-
ribus ictibus concussa, & in apertum discrimen ad-
ducta, tota classis periculo commota, ac perterrita,
cursum auertit. Venerius autem vbi se interclusum,
& à tota classe destitutum, vidit, suos adhortatus,
sub obscuram noctem conuerso cursu tacitus retro in
hostem paulatim nauigans, prater omnium spem,
incolumis ad suos rediit. Sub id tempus Pius Pon-
tifex

tifex; suam in Turcos expeditionem, iam ante aīā
 Mantuanō conuentu decretam soluturus, Anconēm Pius Pō,
 profectus est, ingenti hominum vi ex Gallia & Ger tifex An-
 mania ad tam pīe expeditionis famam confluente. conē con-
 Christophorus Maurus Princeps cum decem trire- cedit.
 mibus optimè instructis, vt socia cum Pontifice ar- Maurus
 maiungeret, eo acceſſit. Sub eius appulſum, Pius, len dux Anco-
 ta febri afflictatus, moritur. Post cuius obitum, tan- nem cum
 tam belli molem Veneti suis viribus soli ſuſtinuere, claſſe ac-
 multiq; hinc atque inde in maritimis bellorum co- cedit.
 natus fuere. In continenti verò in Italia, Bartholo- Mors pīj
 manus Colleo, armorum Dux ea tempeſtate inſignis, 2. pontifi.
 ſubito impetu, cum ingenti equitum peditumq; vi,
 in Flaminiam erupit, ab Angelo Actiolo, & Ni-
 colao Sudorino, Florentiae extorribus, impulsus. Et
 Galeatio Mediolanensium Duci, & Ferdinandi, Flo-
 rentinorumq; copijs obuiam factus, ingentibus vi-
 ribus eſt vtrinq; concurſum: Pugnatumq; ad Mol- Ingens ad
 nelam, in Bononiensi agro, Federici Vrbinatis auſpi- Molinelā
 cys, ita vt vix antea vñquam, ex cuiusquam memo- pugna-
 ria, maiore in Italia contentione certatum fuerit,
 maiorq; hominum strages & dita fuerit. Veneti au-
 tem veriti ne Colleonis copijs deletis, omnem belli
 motum inſe verterent, cohortibus aliquot illi in ſup-
 plementum miſis, enīx eū arrunt, vt confeſta pace,
 Colleo exercitum in columem in Galliam reduceret.
 Per id tempus, Nicolaus Canalis, qui Alouifio Laure-
 dano ad clavis Imperium ſucceſſit, Methonem cōces-
 fit, atque in Eubœā, claſſe nouis ſupplementis auēta,
 in Lemnum transiit, & cum ſex & viginti triremib.

VENETORVM DVCVM

**Genuum à
venetis
capitur.** Oenum oppugnare adortus, scalis ad muros admotis refractisq; portis, oppidum expugnat, ac diripit, maioriq; ex parte incendio absunit, multis easis, plurimis in captiuitatem ductis, maribus & feminis miserabiliter vexatis, nullum est in eos crudelitatis genus pratermissum. Noua deinde folia Canalis aggressus, vi caput, & diripuit. Interim allatum est. centum & ultra. Turcorum triremes, circa Tenedum esse, & quotidie illic nouis supplementis classem augeri: Ex Chalcide igitur Canalis excitus in Lemnum transit. Hostium classis primum Scirum adorta, ex pugnat, inde in Eubœam transmisit, vbi Scoram insula oppidum, & Basilicum expugnat ac diripit. Canalis interim priusquam hostis omnia occuparet, tribus triremibus præmissis, Chalcidem commeatibus muniuit, hostis postea Chalcidem aggressus, urbem oppugnaturus, pontem Euripo iunxit, classisq; validissima, qua naues tercentas habuisse dicitur, ex hisq; triremes centum & amplius, ad urbem primò admota est, paulòq; post Ottomanus Rex, cum centrum & viginti millibus Turcorum affuit, copiaq; in insulam per pontem traductæ, urbem corona cinvere, machinisq; ingentibus, pluribus in locis ad muros admotis, triginta circiter dies tenuit obsidio, quo tempore hostis ter totis viribus urbem oppugnauit, & cum maxima suorum strage, à manibus est repulsus. Ferturq; ex hostibus in illis oppugnationib; ad triginta & amplius millia interempta fuisse. Canalis interim ex Gracia digressus, cum onerarijs septem commeatibus instructus, & reliqua classe, quo ad

ad quadraginta triremes, nauesque plurimas tunc habebat, ad Chalcidis sub fidium prefecturus, ad Euri-
 pi angustias circa Lauretum confedit. Cuius aduen- Chalcidis
 tu ita territus Othomanus dicitur, ut de obsidione
 dimittenda, & fugacapessenda cogitare coepit, fe- obsidio.
 cissemque, nisi ab Asiatica ora Praefecto fuisse admoni-
 tus, si inde discederet, futurum dictante, ut milites
 classemque, uno tempore in maximum discrimen ad-
 duceret: quin potius ultimam fortunam experien-
 dam, Vrbemque atrocissima oppugnatione, terra mari-
 que aggrediendam. Quod consilium securus Rex sub
 occasum solis ex Euripo classe mænibus admoueri
 iussa, ipse terrestribus copijs totis viribus urgentissi-
 me vrbem oppugnare adortus est. Canalis interim,
 cum triremibus, nauibusque omnibus, paucis
 exceptis que nondum appulerant, ponti appro-
 pinquauit, & quia venti erant secundi, necessitasque
 admonebat, omnes ferè clamabant, haud diuitius
 cunctandum, opemque afflictæ vrbis tanto in discrimi-
 ne ferendam. Ferunt etiam Picemanos fratres one-
 raria vnius Praefectos, si ab Imperatore sibi signum
 datum esset, se cum sua naui erupturos, pontemque
 confracturos, professos fuisse, Idque a Canale denega-
 tum, quod diceret velle se in posterum diem rem dif-
 ferre, ut reliqua classis adesset. Tum vero vrbem atro-
 cissima oppugnatio terra marique vehementer fati-
 gabat, multique, in vrbis mortales, tum sagittarum
 multitudine, tum crebris tormentorum ictibus, ca-
 debant. Erat Leonardus Calbus Praefectus vrbis, Pau-
 lus Eriodus Prætor, Ioannes Bondimerius Legati no-

• VENETORVM DVCVM

mine, alijq; Patritij pleriq;, qui per stationes obe-
undo, propugnatores & miseros ciues ad pugnam
adhortantur. Verum cum nullum sibi à Veneta clas-
se auxilium afferri viderent, fracti animis, vix am-
plius hostem sustinere poterant, & demum nigris
signis sub primam lucem in summa turri prefixis, ul-
timum discriminem testantibus, Neg, ob id classe ali-
quid mouente, cum per totam noctem sine inter-
missione vsg, ad lucem oppugnatio protracta esset,
circa secundam diisi horam, miseri Chalcidenses vul-
Chalcidis neribus, inedia, perwiglioq;, confecti, cum amplius
amissio. non possent, nudos muros hostibus reliquerunt. Eos
Barbari ascendunt, urbemq; ingressi, longè lateq;
vnumquemq; obuium cedentes, ingētem hominum
stragem fecerunt: Cedesq; tota vrbe vagata, Magi-
stratus alij alio loco casi, omnesq; etiam puberes
obtruncati. Capta Chalcide, Othomaninicis signis
in turribus conspectis, Canalis paucis diebus, sed pa-
rum mature, classe aucta, quæ centum habuit trire-
mes, hostium classem preda onustam, Chium vsg, se-
cutus est. Othomannus autem terrestrit inere, va-
lido ad Chalcidem praesidio relicto, ex insula excesse-
rat. Hostes deinde Tenedum proiecti, Helleponsi an-
gustias superarunt, classemq; domum in columnen re-
duxerunt. Interim Canalis de Chalcide inuadenda
consilium capit, tentauitq; urbem inopinato acces-
su recuperare, Ioanni Trono, Nicolao Molino, Fede-
rico Iustiniano datum negocium, vt classe insula ad
mota, ipsi in terram digressi, urbem inuaderent. Sed
permatu're in hostem inuecti, multitudine hostium
circum-

circumuenti, ducenti & amplius, momento temporis, ferro oppressi sunt, & cum his Ioannes Tronus, Reliqui qui in terram egressi erant, in fugam versi, se trepidè ad naues recepero. Et itare infecta, classis inde discessit. Veneti Chalcidis expugnatione audita, Canalem, abrogato Imperio, Venetias reuocarunt, & ob rem male gestam causam dicere iubent. Petrus Mocenicus ei subrogatus est, Qui non multò post cum tribus triremibus affuit. Ei Marinus Maripetrus, & Alouisius Bembus, Legati sunt additi, ut cum eis communi consilio Rempub. administraret. Per id tempus captum est de pace cum Othomano agi, per eius nouercam Christianam feminam, data Veneti spe pacis confienda, quæ ob id vnum ex domesticis Venetius misit, significans, si ad Othomanum Legati mitterentur, fore, ut honestis conditionibus, Veneti pacem habere possent. Misiti igitur Nicolaus Cochus, & Franciscus Capellus, qui Bisantium profecti, de pace tractarunt. Verum cum conditiones non placerent, domum reuocati sunt. Capellus in febrem incidens, Bisantij deceſſit. Illis rebus gestis Maurus Princeps, cum annos uouem mensis sex Reipu. praeſuſſet, ex humanis deceſſit, & ad Iobi adem delatus, cuius Cœnabium eius priuato ſumptuinſtructum est.

VENETORVM DVCVM.
NICOLAVS TRONVS,
DVX LXVII.



1471. **N**ICOLAVS Tronus successit, anno millesimo quadringentesimo, septuagesimo primo. Sub primo huius regiminis tempore Veneti, missis ad Pontificem, & Ferdinandum Regem Legatis, postularunt, ut in Turcum, communem Christianorum hostem, bellum compararent. Aquibus Legati benignè accepti, & auxilia pro viribus promissa. Interrim Petrus Mocenicus, classis Imperator, Aegeas insulas perlustratus, nonnulla Turcorum loca ferro ignique

igniqz, vastauit, ingentemqz, ex his prædam abduxit. Stephanus deinde Maripetrus, & Victor Superantius Legati, ad eum accesserunt. Nec multò post Pontificis Legatus cum classe, quæ viginti habuit triremes, affuit. A Ferdinando etiam triremes decem & septem acceptæ sunt. A Rhodiensibus due. Venetorum autem sex, & quadraginta fuerunt. Ita ut vniuersa classis, quinque & octuaginta triremium numerum expleret. Tam numerosa classe hostium litoribus appulsa, inter duces constitit, Athaliam Pamphiliæ urbem subita oppugnatione tentare, sed eorum conatus irriti fuerunt, urbem namque ingressi, non sine suorum strage à Barbaris repulsi sunt, qua in oppugnatione Rhodiace classis Praefectus, saxonitus, concidit. Sub id tempus Vsunasius Persarum Rex, aduersus Ottomanum cum Venetis socia arma adiunxit, ad id Catharinus Zenus Legatus ad Fœdus cū Regem est missus. In Italia etiam Borsio Estense Vsunasio defuncto, Veneti Herculem eius fratrem, nauibus, Persarum milite, pecuniaqz, adiutum, aduersus Nicolaum eius Rege, ex fratre Leonello nepotem, in amplissimo Ducatu locauere. In Vrbe vero argenteus nummus, à Princepe Tronus appellatus, alio sublato, quem grossum vocabant, cum imagine Duci expressa, cudi captus est. Interim Mocenicus cum Pontificis Legato Smirnam, Mocen nobilissimam olim Ioniae urbem expugnat, ingentiqz, cuius Smirinde preda ablata, vrbs est incendio absumpta. Sub nam dirijid tempus Marcus Cornarius, magni animi vir, Caphiterinam filiam à Veneto Senatu prius in filiam adoptatam, Iacobo Cyprio Regi in matrimonium


O s loca-

VENETORVM DVCVM

locauit, missisq; à Rege Venetias Legatis, cum tribus triremibus in Cyprum puella ad regem est missa. Nec multo post, Vsonas Rex cum Turcis conflixit, & Europeæ ora Praefecto, quem Bassam vocant, interempto, ingenti prælio Teucri primo impietu victi, non paruam cladem acceperunt. Postero inde die Persarum Rex Othomanni castra aggressus machinis & tormentis valde communica, crebrisstis tormentorum ictibus confectus, non minorem quam pridie hosti intulerat, ipse accepit cladem. Per saq; relictis castris, fusi fugatiq; , cum Rege ipso se in Armenia montes receperunt. Mocenicus poste à Iacobi Cypri Regis morte audita, ex Cilicia in Cyprum concessit, vbi puerum ex Reginâ ortum, ex Baptismi lauacro sustulit, & in Regno præsidio relicto, Regniq; administratione Iacobo Cornario, Reginâ patruo, commendata, inde discessit. Hac Troni Principis tempore gesta. Qui cum anno uno mensibus octo Reipu. præfuisse, deceſſit, & ad Minorum eadem elatus ibiq; in magnifico & verè Ducali monumento conditus est, cum sequente inscriptione.

Nico-

Nicolaus Thronus, optimus ciuis, optimus senator, optimus Aristocratiæ princeps fuit. Quofæ



* Id est
licissimo duce florentissima Venetorum Resp. Cy- Moceni-
prum Imperio ascivit, cum Rege Parthoram contra gos ad iu-
Turchum socia arma coniunxit, fraudatam pecuni- stū pon-
am viua illius effigie resignauit, * cuius innocen- dus rede-
tissimis manibus hanc meritam Diuini operis mo- git impres-
lem Philippus filius perenni aeternitate posuit.

sasua effi-

gie vnde
etiam ij
nummi
postea

NI-Throni ap-
pellati
sunt.

VENETORVM DVCVM
NICOLAVS MARCELLVS,
Dvx LXVIII.



1473. **N**ICOLAVS Marcellus, Ducali dignitate de-
coratus est, anno septuagesimo tertio quadri-
gentesimo & millesimo. Sub prima huius admini-
stratione Cypri insula nouis motibus agitari capta
est, conspirarunt quidam Catholani saginiviri,
Cypri insula extorres & in his Cypri quidam An-
tistes, qui sub Regis mortis tempore, apud Eerdinan-
dum Regem Legati munere fungebatur. Is autem
animum adiiciens ad Regnum per tyrannidem occu-
pan-

pandum, cum Ferdinando egit, ut se auctore, Iacobi Regis filiam spuriam, filio suo & ipsi notho, matrimonio locandam curaret. Ad quod negocium confi- ciendum Antistes duabus triremibus à Rege missus, in Cyprus nauigauit. Cypry consipiratione cum An-
 noui Cy-
 tistite inita, sumptis noctu armis, Polizapam Cypri pri insula-
 um, & Regina Medicum, intra ipsum Regina cubi-
 culum obtruncant. Et Andreas Cornari-
 us trucida
 tur.
 um, & Regina Medicum, intra ipsum Regina cubi-
 culum obtruncant. Et Andreas Cornari-
 us trucida
 tur.
 Regis filiam puberem, Ferdinandi Regis notho de-
 spondent. A Regina autem iniuria manus abstine-
 runt. Eam tamen iubent ad Mocenicum scribere,
 Andream Patruum ob suam auaritiam, denegatūq;
 stipendium, à militibus cæsum. Apud se autem libe-
 ram Regni administrationem esse, Cypriosq; omnes
 in fide & officio permanere. Mocenicus autem de
 Cypiorum nouitate certior factus, victorem Supe-
 rantium Legatum, cum aliquot triremibus, in Cy-
 prum premisit. Cuius accessu Regina in spem ere-
 cta, non parum recreata est. Coniurati contra, rebus
 suis timentes, accepta à Legato fide, culpam cædis in
 Cornary auaritiam conygentes, pollicentur se in
 pristina Regina & Venetorum fide mansuros. Inte-
 rim Mocenicus, periculo rei motus, triremibus, que
 Alexandriam & Syriam ad negotiationem exie-
 rant retentis, hisq; Cretensibus militibus repletis,
 & cum his onerarias omnes, quotquot nactus esset:
 nauesq; omnes ex proximis vrbibus & insulis ac-
 cerſitas, in Cyprus mittit, quo armorum apparatu,
 vali-

VENETORVM DVCVM

validaq; classis aduentu audito, coniurati perterriti, Cypri insula excessere. Nec multò post Mocenicus affuit, qui insula pacata, eos qui Cornarie cadii consciij fuerant, capitali supplicio affecit, quosdam etiam in exilium egit. Per id tempus Orthodoxus Rex, qui ad Italie Regnum anhelabat, Scodram, Albanica Regionis caput, oppugnare adortus est. Misso igitur Eunicho, qui Europea Provincia praerat, accepit isq; omnibus provinciarum circa Helleponum ducibus, ad octuaginta millia armatorum contraxit, et Boliana ponte iuncta, urbem obsidione circumxit. Ingentibus deinde machinis ad muros admotis, crebris tormentorum ictibus mœnia conquassare cepit. Mocenicus audit a Scodra obsidione, continuo

Scodra obsidio.

Corcyram venit, inde incontinentem transit, & Boliana hostium ingressus, Triadanum Gritum successorem suum, cum Alouisio Bembo Legato inueniens, statuit communi cum eo consilio, Rempu. administrare, qui cōtractis totius ferè Provincia in unum viribus, Cernunichioq; Illyrici Lacus Dace, in societatem belli accepto, omnia officia strenue obabant, quæ ad Scodram graui obsidione levandam pertinerent. Erat tunc urbis Praetor Antonius Lauredanus inuicti animi vir, qui præsenti consilio omnia circumspiciens, nihil prætermiscebatur, quod ad seruandam urbem, ciuesq; in officio & fide continendos, conducere arbitraretur. Barbari autem prostratis Scodra mœnibus, postquam Scodrenses ad ditionem compellere nequieverunt, urbem armis oppugnare adortisunt. Et primum oppidum corona

cingen-

cingentes per murorum ruinas, munitiones subire
 conabantur. Scodrenses autem constanti animo ho-
 stes excipientes, telorum multitudine saxisq; super-
 nè deiectis, & vimineis vasis ardentibus in hostes
 demissis, fœdissimam eorum stragem fecerunt, Lau-
 redano ipso Praefecto omnes ad pugnam inuicto ani-
 mo sustinendam, patriamq; ab immanissimo hoste
 defendendam, adhortante. Demum cum per plures
 horas acerrimè pugnatum esset, nec aliquid Barba-
 ri proficerent, victi propugnatorum virtute, retro
 cessere. Ad quinq; millia in ea oppugnatione hostium
 perisse dicuntur. Ad obsidionem deinde continuam
 Barbari conuersi, urbem fame domare stude-
 bant. Veneti autem cum Mathia Pannoniae Rege, sc- Sociale
 cia aduersus Turcos arma iunxerunt, ob idq; Lega- bellum cu
 tos Franciscum Venerium, & Ioannem Emum, cum Mathia
 annuo stipendio, ad Regem miserunt: Is autem sum- Pannoniae
 pti armis, tantum terrorem Othomano iniecit, vt Rege,
 Eunuchum à Scodrensi obsidione reuocauerit. Mo-
 cenicus soluta Scodra & obsidione, Venetas concepit.
 Paulò post Triadanus Gritus, classis Imperator, Ca-
 thari occubuit. Lauredanus ab Scodram seruatam,
 à Principe & Patribus laudatus, equestri est digni-
 tate donatus. Marcellus autem cum annum vnum,
 menses tres, Principatum tenuisset, eximiæ pietatis
 & innocentie vir, vita discessit. Cuius in ærario pu-
 blico conservando maximum imprimis stu-
 dium fuit. Eius sepulchrum in æde Di-
 ua Marina marmoreo lapide in-
 structum inuisitur.

PETRVS.

VENETORVM DVCVM
PETRVS MOCENICVS,
DVX LXIX.



1474. PETRVS Mocenicus successit. Sub eius administratione, Antonio Laureano maris Imperium est delatum. Teucri paulò post cum triginta hominū Naupacti millibus Naupactum obsidere adorti sunt, Quod primum oppidanorum virtute est defensum, Mox Laureanus cum validissima classe affuit, multaq; cum hoste tumultuaria prælia sunt commissa: Menses quatuor tenuit obſidio, cum interim Laureanus commecatum, arma, militem, oppidanis affatim subministra-

ministraret. Et cum nulla potiundi oppidi spes sub-
esset, fatigatus bello hostis abiit. In maritimus verò
Othomannica classis Lemnum insulam agressa est,
tormentisq; ad muros admotis, oppidum est oppu-
gnatione tentatum, Verùm maturo Lauredani cum
classe accessu, hostes, soluta obsidione, deducta in al-
tum classe, abierunt. Mōcenicus Princeps cum anno
vno mensibus duobus Reipu. præfuisset, morbo, quem
antea ex Boliana contraxerat, exceſſit, & in Ge-
mellorum ade, sepulchro marmoreo, victorijs
ipsius & hostium spolijs insigni ſitus
est, hac inscriptione:



VENETORVM DVCVM

EX HOSTIVM MA-
NVBIIS.



Petro Mocenigo, Leonhardi F. omnibus non mi-
nus optimi quam eloquentissimi Senatoris mu-
neribus domi forisq; functo, maris Imperatori: Qui
Asia à faucibus Hellesponti usque in Syriam ferro
igniq; vastata, Caramannis regibus, Venetorum so-
cijs, Othomanno oppressis, regno restituto, piratis
vndique sublati, Cypro à coniuratis non minori
celeritate quam prudentia recepta, Scodra ductu &
auspicij suis obsidione liberata, cum Rempub. fæ-
liciter gesisset, absens D. Marci procurator, inde
Dux, grato patrum consensu, creatus est. Ioannes
terti-

*tertius ab hoc Dux & Nicolaus Mocenigi fratres
pietissimi. B. M. D.*

Vixit anno L X X. Men. I. Dies XX. O-
bijt non sine summo populigemitu, Duca-
tus sui anno primo, mense secundo, die de-
cimaquinta Anno salutis M. C C C C.
LXXVI.



P. 2 ANDRE

· VENETORVM DVCVM
ANDREAS VENDRAMINVS,
DVX LXX.



1475.

Croiana
obſidio.

ANDREAS Vendraminus Dux declaratus est anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. Sub eius tempus in Epyro ad octo Turcorum millia Croiam adorti per totum ferè annum obſidionem perſeuerarunt. Veneti, ut Croianis labrantibus opem ferrent, ad duo millia armatorum misere, In quibus plerique armorum ductores non instrenui fuerunt, qui cum hoſte congreſſi, primo impetu eos fuderunt fugaruntq; & eorum caſtris potiti

eti sunt. Ad pradam deinde discurrentes omnia longe lateq; populati sunt. Verum ea letitia breuis omnino fuit: Barbari namque in Venetos milites reuersti, palantes, & in agris sine ordine vagantes, ac praeda impeditos circunsistunt, ingentemq; eorum stragem edentes, Epyroticum equitatum, inde Latinos equites in fugam vertunt, Eos Barbari passim totis campis insecuri, trucidant, interimuntq;. Ad mille & amplius ea pugna oppressi dicuntur, & cum his Franciscus Contarenus Legatus, aliq; armorum Ductores pleriq;. Nec multo post, in Italia alia maior accessit Venetis clades. Ad decem namque & amplius Turcorum millia, Amarbegi Bassa Duce, Lisiuntio flumine superato, Foro Iuliensis patria fines tumultuosè inuaserunt. Veneti autem bina castra, altera Gradiscana, altera Foliana, muro fossaq; circundata, valido praesidio communiuerant, Ad hanc equitum triamillia, peditesq; plurimos, ad incursus hostium euitandos, miserant. Praerat omnibus copys Hieronymus Nouellus Veronensis, erantq; aliq; armorum plures Ductores insignes. Constitit inter eos, aperto campo cum hostibus configere. Omni igitur equitatu in tres turmas diuiso, in hostes ferociter inuehuntur. Barbari vero plurimi in insidijs locatis, primum fugam simulantes, in electo certamine, cedendo sensim ad insidiarum locum, Latinos equites traxerunt, Teucri de industria cedere, Cedentes Veneti insequuntur, Et iam ad insidiarum locum propemodum ventum erat: Tunc vero Barbari retrouersi, primum ferociter instaurant. Dum ve-

VENETORVM DVCVM

Venetoru^m rototis viribus pugnatur, tunc ex Licinisi Monte ad Lisun- magna Turcorum vis ex insidijs coorta, ingenti- gium cla- strepitu in subiectam turmam effunditur, tantusq; pauor ea eruptione est Venetis iniectus, vt momen- des. to temporis cedere coacti sint: Eos cedentes ferox Barbarus insequitur, ac fædissima strage prosternit. Sicq; prima turma obruta est, omnesq; ferè casi, re- liquæ turmæ primæ aciei stragem cernentes, cum nulla reliqua spes subesset, quasi vici, fugam cape- scunt. Eos Barbari insequuntur, pañimq; proster- nunt, & ad Mossam usque clades protracta est, in- gensq; edita strages. Ceciderunt ea pugna Hierony- Hierony- mus Nouellus, Iacobus Baduarius, ac pleriq; alijs viri mi Nouel illustres, reliqui prater paucos, qui relictis equis, & li mers. armis abiectis, in proximos montes abidere, ferè om- nes capti. Ea clade illata, Barbari quicquid villarum inter Lisuntium, & Tiliuentium amnem fuit, hosti liter conflagraronit, multisq; mortalibus in captiui- tatem ductis, ingentem inde prædam abduxerunt. Et quia terra mariq; copia ex urbe ad hostium in- cursus euit andos aduentare dicebantur, continuo Italiae finibus excessere. Veneti ea clade accepta, na- uigia aliquot sagittarijs plena, & ex Taruisino a- gro, alijsq; proximis locis, plures equitum turmas in hostes miserunt. Sed eo tunc, cum iam hostis abysset, missi sunt etiam Dominicus Georgius, Zacharias Barbarus, Ioannes Emus, & Candianus Bolanus, vi- ri præstantes, qui inspicerent, quo pacto Barbarorū incursibus, tutius obuiamiri posset: constititq; inter eos, Gradiscana castra non solum valido præsidio, ar- mūq;

armisq; sed vallo etiam fossaq; munienda. Georgius in eallegatione Utini occubuit. Carolus Montonius, vir rei militaris insignis, qui anno ante fuerat ex-auctoratus, ex Hetruriareuocatus, eomissus est. cuius opera patria ipsa ab hostium incursibus per aliquot annos strenue defensa est. Vendraminus autem, licet eius tempore Respu. huiusmodi perturbationibus vexata fuerit, priuato tamen alioqui fælicissimus extitit: Nam & opibus affluentissimus fuit. Filios q; habuit plures, virtute & moribus præstantes. Quos omnes suis facultatibus dicit auit: Sex etiam filias, cum amplissimis dotibus, viris Prima-rijs nuptui collocauit. Et cum annum vnum menses octo Reipu. prafuisset, ex viuis decessit, & ad seruorum ædem honorificè sepultus est.



P 4 IOAN-

VENETORVM DVCVM
IOANNES MOGENICVS,
DUX LXXI.



1477. **I**OANNES Mocenicus, Petri Principis frater,
Dux subrogatus est, anno millesimo quadringen-
tesimo septuagesimo septimo. Sub primo eius regi-
minis tempore Croiani, fame domiti, cum per an-
nū & amplius ibi obsidionē sine intermissione hostis
Nouatūr tenuisset, deditioñem fecerunt. Paulòq; post Otho-
corū eru- manus Rex longè atrociore quam quatriduo ante,
ptio in oppugnatione Scodram adortus est: Alibagus nam-
Scodram. que aliquanto ante, cum quindecim bellatorum mil-

libus, & Asiaticæ oræ Praefectus cum paulo minoribus copijs consedit. Nouissimè vero rex ipse Othomannus affuit, qui bellicis operibus ad demolienda mœnia continuò admotis, urbem corona cinxere. Erat Prætoris, & Legati nomine Antonius Legius, Ade erantq; mercenarij milites ad octingenti. Dissectis mœnibus, bis hostes oppidum oppugnarunt, omnibus ferè instrumentis quibus in priore obsidione vñsi fuerant. Verum eo fædior vtring strages edita est, quo ob Regis præsentiam, maiores omnino ab hostibus conatus fuerunt, Scodrensis neque mortem, neq; vulnera formidantibus, inuictoq; animo hostium impetrum sustinentibus. Demum victa hostis pertinacia, cum sibi eo cum hoste rem esse cerneret, qui mori mallet, quam cedere, suos reuocari iubit, prorsusq; inde à pugna abstinuit. Perseuerauit tamen urbem obsidere, & vt Venetos, pluribus locis vexatos, à Scodrensi auxilio auerteret, In Foro Iuliensem patriam, circa Sonciacas munitiones, cum triginta Barbarorum millibus, hostis tumultuosè erupit, & explicata acie, Carolum Montonium, ad pugnam euocauit: Recens Ille autem, præteritæ clavis memor, nihil est temere Turcorū ausus, sed suos intra vallum stricta acie continens, in Italij hostem ad longum diem vanæ expectatione detinuit, eruptio. Qui cum Venetum ad pugnam elici non posse compriisset, non ausus ultra progreedi hostis retro ad radices montium agmen conuertit. Mahumethus interim Scodram obsidere perseuerabat, Tenuitq; obsidio illa menses plures, quo tempore Asiaticæ oræ Praefectus Driuastum capit, Inde ad quingentos oppidia

VENETORVM DVCVM

nos in Scodrēsium conspectu adductos, trucidandos curauit. Atque inde paulo post Othomanus, cum majori copiarum parte, discessit. Tenuit deinde obsidio Amarbegi Bassa cum octo millibus Turcorum relitto, octo circiter menses, duobus castellis ad Bolianae caput, ad subsidium obsecsis prohibendum, cum presidio impositis, cum per Ioannem Darium pax iam ante atentata, his conditionibus secuta est.

Veneti praesidio, & oppidanis ex urbe deductis, Scodram cum Lemno insula Othomano relinquenter,

Darent quā illi quot annis octo aureorum millia, eo titulo, ut pontica nauigatio tutò Venetis pateret. In

Italia vero, Veneti pro Florētinis armas sumperunt.

Acciderat, ut superiore anno Iulianus Medices ad Liberatæ fanum, à coniuratoribus quibusdam occisus esset. Florentini eam iniuriavlturi, Sixti Pontificis nepote, Florentiae in custodia detento, Saluiatum Pisanum Antistitem, cum plerisque alijs sceleris conscijs, laqueo suspendunt: Rei indignitate

Pontifex commotus, Florentinos interdicto, & anathemate notat, Ferdinando quā Rege, & Senensibus,

in belli socios acceptis, arma aduersus eos comparat, validum quā in Hetruria, sub Federici Vrbinatis auspicijs, exercitum mittit. Erat quā in eo Alphonsus Calabriae Dux, Ferdinandi filius, penes quem rerum gestarum gloria existebat, & cum eo plures armorū

Galeatij ductores illustres. Florentini autem, prater Venetos, cum Mediolanensib. Hercule Estense, & Federicus cœ- co Gonzaga, socia arma iunxerunt, Galeatus enim

Mediolanzi Dux, paulo ante à Ioanne Lampognano ad

ad Protomartyris adi m casus fuerat. Hostis interim validissimis copijs congressus, Rentium, Casselnam, Radam, Brodam, & Sabinum Montem, Florentini ademit. Veneti autem sociorum periculo moti, Carolum Montonium, cum validissimo equitatu in Hetruriam miserunt, qui sub primum penè accessum, Cortone vita decessit. Post cuius mortem, res in ea Provincia Roberti Malatestæ auspicijs gesta est. Qui cum quinque, & triginta equitum turmis, in Perusinos fines tumultuosè erupit, & ad montem Speculum, Perusini agri vicum, aduersus Mattheum Campanum Sixti Pontificis nepotum, pari penè equitatu confixit, pugnatum est acriter per aliquot horas, verum primis hostium turmis profligatis, reliqua fusa fugataq; sunt, impedimentaq; omnia fugientibus adempta. Varij postea hinc atq; inde conatus fuerunt. Demum Vrbinas, & Alphonsus Esterius & Gonzaganorum militum discordia freti, cum duces ipsi abyssent, spei pleni, ad exercitum sine ducibus duxerunt, & ad primam lucem, structis aciebus, magnis animis in hostem inuehuntur, ac peditibus qui munitorem locum tenebant directis, Hetrusca copia, turbatis ordinib. in fugam vertuntur. Hostes castris poti, ad Collem oppidum castra admovent: Quo capto, Florentini animis fracti ad pacem inclinarunt, quam vt aquo rem haberent, Laurentius Medices, ciuitatis longè primus, Neapolim ad Regem concessit. Pace confecta, Veneti ex Hetruria suas copias reuocarunt. Interim Othomanus Rex anno post pacem acto, Rhodum terram mariq; opere pugnare

VENETORVM DVCVM

pugnare adortus est. Multiq; ac varij in ea oppugna-
tione Barbarorum conatus fuerunt. Et disiectis mœ-
nibus, oppidum sepius est acerrima oppugnatione
tentatum. Verum propugnatorum virtute cum in-
genti strage hostis est à mœnibus repulsus. Nec mul-
tò pòst, Othomanus ad Imperium Italæ anhelans,
Hidruntum, Calabriæ oppidum, subita vi oppresſit.
Apparebat q; totis Imperij viribus, eum Italia incu-
biturum, ingensq; ex eo Christianis discrimen im-
minebat. Sed Dei prouidentia factum ist, ut medio
belli apparatu, acerrimus Christiani nominis hostis,
extinctus sit: Quo sublato, Ferdinandus Rex oppi-
dum aliquandiu oppugnatum cum Barbarico præfi-
dio recepit. Per id tempus Veneti Coritam Dalma-
tia insulam, Vegiam à recentioribus appellatam, suo
Imperio adiunxerunt, Coritano comite à ciuib;
delecto, omne ius quoq; in insula habebat Venetis re-
mittete. Paulò pòst ne ciuitas nimis in otio torperet,
cum Hercule Ferrariae Duce. grauiſſimum exortum
est bellum. Eius belli causa à Ferrariensi profecta.
Duxerat paulò ante Hercules in vxorem Leonoram
Ferdinandi Regis filiam, qua ille affinitate auctus,
contra antiqua fœdera cœpit aduersus Venetos ali-
qua mouere: Nam & circa Comaclium salem fieri
permiserat, Ereixerat etiam circa Caput aggeris
munitiones quasdam, quasi suos sibi fines impositu-
rus, Nouissimè vero Venetum Magistratum, quem
Veneti ex fœdere in ea vrbe habebant, ignominia
affectum, in dies magis infestum reddebat. Eamiu-
riacommoti Veneti, eum per literas, & per Orato-
res

Othoma-
ni mors.

Vegia in-
sula Vene-
o Impe-
rio cessit.
errarien-
s bello-
susæ.

res monuerunt, ut maiores suos imitatus, in antiquo
 Venetorum foedere perseveraret. Haec adhortationes
 cum parum profuissent, tentarunt Veneti per Six-
 tum Pontificem illum in veteri amicitia retinere,
 Verum cum ea etiam via nihil profecissent, Ad arma
 descendere sunt coacti. Illatas iniurias, quando pace
 nequistissent, bello vindicaturi. Et primum Sextum
 Pontificem, non solum inferendi belli auctorem ha- Sixtus
 buerunt, sed socia etiam cum eo ad id bellum arma Pont. belli
 iunxerunt. Miro igitur consensu bellum decretum auctor.
 hostiis, indictum. Eo denunciato duplex classis de-
 cernitur: Una quae Calabria oram, si quid a Ferdinando moueretur, infestaret, Altera quae per Padus
 fluenta hostium fines urgeret, Maritimæ Victor Superantinus praefuit, Padanae Damiano Mauro Imperium est commissum. Terrestri vero exercitu bipartito in hostem Veneti mouentes, per Robertum Seuerinatem, iam antea cum amplissimo stipendio conductum, rem circa Padum gerendam censuere. In Flaminia vero finibus, Robertum Ariminensem copiarum Imperatorem in hostem mouere. Multitudine igitur nauium ingenti ex urbe profecta, Robertus Seuerinas cum Antonio Laureiano Legato Leniacum praecepsit, Exploratisq; iam antea locis, Constitutis inter eos, per Tartari fluminis stagna, inter Athesim & Padum, in hostem copias transmittere. Primum igitur circa Boarium, non longè a Leniaco, Lembris plerisq; in Tartari fluminis stagna traducitis, in hisq; tribus peditum cohortibus impositis, ad Crucellam primum, mox in Mellarianos fines transmittunt.

VENETORVM DVCVM

mittunt. Sequenti die Seuerinas, Lauredanusq; af-
fuerunt. Et ex circumiectis locis, pluribus agrestibus
accersitis, ad Tartari ripam perueniunt, vbi ponte
fluminis imposito, viam siagno communitatam (Fassi-
natam vulgo appellauere) mirabili operatorum stu-
dio construxere: Per eam eodem die omnes copia in

Mellaria Mellarianos fines traductas sunt. Et Mellarium pri-
expugna- mo impetu Seuerinas adortus expugnat. Biduo post
§ 10. inde profectus, ad Brigentium Vicum, iam antea
occupatum, consedit, inde ad Castrum nouum ca-
stra admouit: Ibi bellicis operibus ad muros admo-
ritus, post aliquot pralia oppidum in suam potestatem
redegit. Ad Figarolum deinde processit, sed hic ali-
quandiu laboratum est. Nam cum bellicae machinae
ad muros quatierdos expedite essent, Federicus Vr-
binas, quem Ferdinandus & reliqui qui Herculem
ex fôdere tuebantur, summa rei præfecerant, cum
validis copys ex Hostilia, Stellatam oppidum quod
in aduersaria est, transuectus, ibi cum omnibus co-
pys consedit. Interim Christophorus Mula, qui mi-

Hadria noribus nauigis præerat, Hadriam urbem adortus,
& Coma capit. Comacium deinde expugnatum, in pote-
clium ca- testatem redegit. Damianus Maurus etiam in Pa-
pitur.

do apud Pilosellam, tria linea Castella medio am-
ne valido præsidio, & ingenti Bombardarum vi com-
munita, terra & aquis ferociter adortus est. Tanto-
que animi ardore res est à Venetis gesta, ut pulso e-
quitatu, reliquisq; tota ripa fugatis, Castella ipsa
post acerrimum certamen captasint. Ad predam
deinde socij naues cum terrestri milite circa flu-
men

men conuersi, villas vicos, & tecta diripientes, omnia igni ferroq; vastando, Figarolum usque processere, quo etiam Maurus cum classe concepsit. Interim Seuerinas ad Figaroli oppidum, crebris tormentorum ictibus muros quatiebat: Cum Vrbinas ex aduersa fluminis ripa, ad Stellatam oppidum aneis machinis cuncta Venetis infesta redderet, nec interim cessaret, viros, commeatum, arma, ex proximo loco obseesis mature subministrare. Et quia apparebat Figaroli oppugnationem non tam cito ad exitum perduci posse, ne uno loco tot copiæ tempus terrorerent, Seuerinas Gasparem & Antonium Mariam filios, cum parte copiarum, Petrum Marcello, Iacobi Antonij filio Legato, ad Rodigiani Polesini oppida expugnanda mittit. Primo igitur accessu Castellum Gugelmum, & Diui Donati turris, in stagnis posita, capti sunt: Inde Rodigium Rodigium, Lendenaria, Abatia, & alia Polesini loca, non sine oppugnatione, in Venetorum potesta- tem venerunt. In qua expeditione Hieronymus Martianus comitis filius ferociter dimicans occu-^{locæ Venæ} tis armis buit. Angustinus Barbadicus Patavij Praefectus, vir auctoritate clarus, ad populos in Venetorum fide conseruandos, decreto Patrum, Rodigium concessit: Qui populorum animos sua mansuetudine, & dexteritate ingenij, in Venetorum fide & beniuolen- tia magnopere confirmatis, Patavium reuersus est. Interim Federicus Vrbinas graui morbo implicitus, ex Stellanis castris Ferrariam delatus, occubuit. Seuerinas autem Figaroli muris iam propemodum bellicis

VENETORVM DVCVM

Figaroli licis operibus sole aquatis, oppidum graui oppugna
expugna- tione adortus est, Pugnatumq; aliquandiu cruento
tio. Marte, Demum victa hostium pertinacia, Veneti op-
rido potiti sunt. Seuerinas paulo post agrotans febre
palustri aere contracta, Patavium secessit, Laureda-
nus etiam eodem morbo afflictus diem obiit. Ex
Flamminia autem Veneti Robertum Ariminensem
cum suis copijs Romam ad Sextum Pontificem obsi-
dione leuandum miserunt: Sub primos namque Ve-
netorum motus Alphonsus Calabriae Dux, cum qua-
tuor equorum millibus, tentauerat ad Herculem so-
rorium transire. Verum quia per Pontificis loca e-
rumpere necesse erat, in Marsos primum, inde per
equos dicens, Columnensibus, & Sabellis (qui aperte
Pontifici aduersabantur) adiuuantibus, in agrum
Romanum erupit, & aliquot oppidis Pontifici adem-
ptis, Ecclesiae ditionem assiduis incursionibus infe-
stabat. Veneti igitur ad eius conatus euertendos, ma-
ritimam Appulia & Calabria oram, valida classe
populandam, Victori Superantio demandant: Mit-
tunt ad hac Petrum Diedum, Legati nomine ad
Ariminensem, qui mercenarium militem vndiq; con-
traherent, vt Sixto non Imperatore solum, sed mi-
lite etiam opitularentur. Robertus igitur Romam-
itarus, ex Flamminia cum valido equitatu mouit,
Robertus & quia res Romanae in discrimine erant, urbem ver-
Ariminē- sus magnis itineribus processit. Sub eius aduentum
sis Alphō- in hostem subito mota sunt castra, Alphonsus enim
sumsupe- audito Ariminensis accessu, in Velitranū agrum ad-
rat. Campum Martiun concessit. Robertus ybi hostis in
con-

conspectu fuit, suos adhortatus, copijs in ordinem diuisis, hostem aggreditur. Eum venientem Alphonsus ferociissime excepit, Certatumque per plurimas horas ingenti animorum pertinacia, magnaque vtrinque edita strages. Demum Pontificij Venetique militis virtute superante, & Ducis presentia vires iuuante, Alphonsus rem suam inclinatam ac penè perditam prospiciens, cum paucis equitibus dilapsus, acie cedens, se in pacatum recepit: plerique viri illustres, qui hosti cedere noluerunt, cum omnibus ferè copijs in Victoris potestatem venerunt. Robertus victor paulò post cum ingenti captiuorum turba, quasi triumphans, urbem ingressus est: ubi paucis post diebus, non Robertus sine accepta venenis suspicione, vita diem obiit. Vir non Ariminensis stra etate bello & pace clarissimus. Roma situs est. sis mors. Eius sepulchro hoc impressum. Veni. Vidi. Vici. Lauream Pontifici retuli. Seuerinas interim morbo leuitas, in castra rediit, ubi paulò post Federicus Cornarius, & Franciscus Sanutus Legati, affuerunt: sub quorum accessum, prater quod Figaroliana mœnia Legatorum industria assiduo opere instaurabantur, aliquandiu ab omni ferè belli munere est cessatum. Tanta enim vis morbi in ipsis castris ex palustri cœlo contracta est, ut pauci admodum essent, qui bellum munera obire possent. Et cum aëris inclemens aliquantulum remisisset, misit Seuerinas Gasparem filium validis copijs ad praesidium, quem Hercules ad obscurum lacum in ripa fluminis erexerat, occupandum. Qui bellicis machinis in aduersa ripa admotis, ita hostium munitiones paucis diebus disiecit, ut ho

Q stis

VENEATORVM DVCVM

stis locum relinquere coactus sit. Superantius etiam
 maritima classis Imperator, cū vna & viginti trire-
 mibus, pluribusq; alijs minorib. nauigij, aduerso Pa-
 do in Argentinos fines progressus, Ianiolum oppidum
 oppugnare adortus est. In aduersam igitur oppidi ri-
 pam sexcentos milites, equites quadringentos expo-
 suit: vt aduersus hostium incursus Padi ripam com-
 munirent, vt inde turius mœnia bellicis operibus de-
 molirentur. In eos Sigismudus Estensis, Nicolaus Co-
 regianus, Vgo Seuerinas, et alij pleriq; viri armorum
 insignes, cum tribus hominum millibus, ex Argent
 oppido impetum fecerunt. Et primam peditum sta-
 tionem irrumperentes, primo congressu, non parū Ve-
 netos disturbarūt. Inde Veneti equites, socijq; nauar-
 les, sumptis repente animis, ferociter in pugnam ru-
 unt. Hic atrox prælium coortū est: multiq; ex utraq;
 parte cadebant: Cum tercenti leuis armaturæ equi-
 tes, quos Stratot as vocant, hostem pugnæ intentum
 circumfistunt, tantumq; à latere conspecti terrorem
 Herculanic iniecerunt, vt momento temporis hostiū
 duces fugam capeſſerint. Sigismundus equi celeritas
 te vſus, Argentam citato cursu penè ſolus abiit. Mul-
 ti ferro abſumpti, plerique in aquas præcipitati, vi
 fluminis absorptiſunt. Plurimi in Victoris potestate
 V. Superā venerunt. Ingentem eo die victoriam Superantius
 tij apud adeptus est. Verū illud conſtat, ſi curſum Victor
 Argentam ſequi perrexiſſet, paruo negocio, eo ipſo die, Argen-
 victoria. tam oppidum capere potuifſet. Nicolaus Coregianus
 Vgo Seuerinas, & alij circiter ſeptuaginta equites,
 captiui Venetias ſunt miſsi. Seuerinas autem ad

Ferra-

Ferrariam oppugnandam animum adīciens, ponte Galeonibus constructo, Francisco Sanuto, & Ioanne Emo Legatis, Pado copias traducere statuit. Deducto igitur in citeriorem ripam ponte, apud Lacum obscurum, quinque à Ferraria passum millibus distantem, ripaque valido militum præsidio firmata, cum nusquam hostis apparuisset, copia omnes ultra flumen traductæ sunt. Inde milites ad prædam conuersti, subito incursu, in Ferrariensem agrum effusi, Veneti ad villas, & suburbana loca diripientes, omnia ignifer Lacum obroqué vastarunt. Et in locum usque, quem Barcum scurū Pa appellant, progressi, omnia longè latequé populati dum trahunt. In castra reuersi, circa Barchi muros, parum iacent, à flumine distantes, Veneti milites considerunt. Seuerinas deinde ad præsidium iuxta flumen ab hostibus derelictum muniendū conuersus, illud fossa profunda muroq; in castelli speciem communivit. Opus sanè inexpugnabile, atque hosti formidolosum. Quare ita Ferrariæ trepidatum ferunt, ut parum à capti vrbe abesse viderentur. Erant in eo statores Veneta: Cum Sextus Pontifex ad defectionem spe- Padana ctans, non solum quasi presentem victoriam ex manib; Venetis extorsit, sed rem Venetam in maximum etiā discrimen adduxit. Pontifex igitur à Venetis alienatus, inito cum hostib; fœdere, Venetos per literas monet, ut à Ferrariensi bello abstinentes, quæcunque Herculi ad eam diem ademissent restituant. Patres verò suam iustum bellum causam tuentes, non Pontifici solum, sed omnibus ferè Principibus, Christianis ostendunt, contracti bellum culpam ab se

Q. 2 abesse

VENETORVM DVCVM

abesse. Atque id ipsum, Sixto ipso non auctore solum, sed impulsore etiam, in Herculem sumpsisse, velleq; iustum bellum, quod semel Pontifice auctore suscepissent, cum bona ipsius venia ad exitum perducere. Pontifex vbi Venetos in sententia perstare vidit, pri-
Sixti Pon stinifaderis oblitus, eos anathemate notat, et soci-
tificis de- le bellum cum Ferdinando & alijs in Venetos decer-
fectio. nit. Alphonsus interim Calabria Dux, cum duobus
armatorum milibus Ferrariam venit, copysq; ibi
relictis, Mantuam primum, inde Mediolanum con-
cessit, & ad Casale maius frequentisiorum Prin-
cipum, Oratorumq; conuentu bellum quam maxi-
bellum in mo apparatu in Venetos communi nomine est de-
Venetos cretum. Veneti autem non ignari, quanta sibi bellum
decretum moles sustinenda esset, vt & ipsi suas partes firmio-
res redderent, ex Gallia Renatum Lotharingia Du-
tem cum amplissimo stipendio accersunt: Qui cum
ducentis equitibus, & peditib. mille, in Italiam tran-
syt. Interim per Seuerinatem spe Venetis facta, si
Abdua copias traiecissent, fore ut Mediolani per ad-
uersa factionis homines nouis aliquis motus orire-
tur: Eares cum in consultationem venisset, Patrum
decreto statutum est, vt parte copiarum circa Ferra-
riam relicta, Robertus cum reliquo equitatui in Gal-
liam transiret. Premisso igitur Deiphebo Anguilla-
rio in Brixiensis agri finibus, paulo post Seuerinas
ipse affuit, plurimiis armorum Ductoribus ad Ferraria
obsidionem relicta, quod etiam Lotharingia Dux
cum suis non multo post accessit. Seuerinas autem
ex Brixiensi agro mouens, Marco Antonio Mauroce

mo Legato, imposito Abdua supra Tretium ponte, in
Abduanaripa castra posuit, nullā interim cuiquam
iniuriam inferens. Ea re motus Lodoivicus Sfortia,
qui per id tempus Rubrios Parmenses Principatu ar Seuerinas
mis eiecerat, in Cremonensem agrum duxit. Eò & Abduam
Alphonsus paulò ante accesserat, qui collatis simulca superat.
stris, Abduam transuerunt. Interim Ioannes Fran-
ciscus, & Galeatus Seuerinatis filij, inscio patre, ad
hostes defecerunt. Inde hostes in Glaream Abdua e-
rumpentes, Bergomatum postea fines ingressi, Colo-
niam, & Vgnianum occuparunt. Seuerinas, auditio
hostium accessu, dimisso ad pontem Tretū prefidio,
circa Bergomatum se recepit: inde Ollio superato, ad
Nouos vrceos consedit. Hostis verò Tretiano præsidio
expugnato, Pontificis Florētinorumq; copys auctus,
cum validissimo exercitu (nam ad cētum & amplius
equitum turmas habebat) apud Quintianum Olli-
um traecit, & quicquid Brixiensium inter Melam
fluum, & Vrceos nouos inuenit, ad deditiōnem cō-
pulit. Veneti autem quantum periculi ab hoste im-
penderet reputantes, maiorem partem equitatus,
quem circa Ferrariam habebant, Seuerinati confe-
stū mittunt. Ille autem cum se hosti imparem cer-
neret, ad eius conatus inhibendos retrocedens, se om-
nibus locis ex improviso ostendebat. Alphonsus dein-
de Balneolo occupato, Manuani Principis copys au-
ctus, per Brixensem agrum euagatus, plurima Vene-
ris oppida ademit. Circa Padum autem Lotharingie Lotharin
Dux plurimis ex suis morbo absemptis, audita Ludo glia Ducis
nici Regis morte, cum medico equitatu in Gallicam digressus.

VENETORVM DVCVM

transiit. In mari verò, quia fama erat Ferdinandū sociosq; validam classem comparasse, Veneti, ut hac quoq; parte hostibus occurrerent, Iacobum Marcel- lum classem Imperatorem, in Superantij locum decer- nunt: qui paulò post in prouinciam profectus, in Dal- matia ad turmas triremium explendas, ex Pado pe- nè consumptas, aliquandiu moratus est. Interim ho- stium classem sub Federici, Ferdinandi Regis filij, Im- perio, Anconis portum insederat. Inde Lissam Dalmatia Aragonia classisCur Zolam ag. tam, transmisit. Hostis igitur oppidum ex impro- greditur. uiso adortus, scalas pluribus locis vno tempore admis- uet, et ingenti sagittariorum vi, crebrisq; bombardarum ictibus, oppidanos fatigat. Erat tunc insulae comes Georgius Viarus, constantis animi vir, qui op- pidanos adhortatus, nihil prætermittebat, quod ad sustinendas hostium vires pertinet. Fuit q; ea Viat & oppidanorum virtus, vt non solum hostes susti- nuerint, sed eos etiam cum cæde à mœnibus repule- rent. Hostis igitur cum nihil profecisset, inde in al- tum abiit. Circa Padum verò Thomas Imolanus cū paucis peditum Centurijs, fluvio antelucem supe- rato, suburbana Stellatae oppidi loca, ac munitiones arci circumiectas, subito impetu adortus, modico ne- gocio expugnauit ac diripuit. Affuit & Andreas Zā canus classem Praefectus, qui cum socijs naualibus & neci machinis, & alijs bellicis instrumentis, ab hosti- um munitionibus sublatis, in naues deportatis, ar- eam ipsam ferociissime inuadit. Tantoq; animorum ardore,

ardore rem gesserunt, ut momento temporis arcis
 partem occupauerint: Tunc qui superiore loco erant
 cum de ditione facienda cum Zancano, & Imola Veneti
 no loquentes, longū de industria tempus terūt, Her-
 cules cum expeditissimo equitatu, se Venetis ex im-
 prouiso, circa arcem ostendit, et certamine repente
 iniesto, naualibus socijs se ad naues recipientib. Imo
 lanus cum militibus in hostium potestatem redactus
 est, qui ex vulnere accepto, paulò post obiit. Interim
 Alphonsus Calcinato profectus, Carpinetū occupat,
 & motis inde signis, Godium venit: ubi Mincio supe-
 rato, in Veronensem agrum concessit, & ad villam
 Francam castra admouens, arceq; tormentis ex par-
 te concussa, oppidum in ditionē accepit. Hinc lon-
 gè lateq; in Veronenses campos hostis effusus, omnia
 prada, & terroribus compleuit. Seuerinas autem
 paulò post per Benaci ripas ducens, circa Valegium,
 loco eminentiore, cum omnibus copijs confedit. Al-
 phonsus vbi hostem neque ad pugnam elici, neque ex hostes de-
 tam opportuno loco moueri posse prospexit, motis si-
 gnis, in Brixienses abiens, Asulam tumultuosè ador-
 tus est. Sub eius accessum, sine aliqua oppugnatione,
 deditio ab Asulanis facta est. Et paulò post, arx etiam
 in hostis potestatem concessit. In eo oppido, Mantua
 ni Principis signa fixa fuere. Cum autem nihil mi-
 nus Ferrariam Veneti vrgerent, statuit Calaber ex
 periri, an circa Padum Venetas res aliquo modo frā-
 gere posset. Citato igitur agmine sub noctem Asula
 profectus, magnis itineribus Hostiliam pergit, pra-
 missis equitibus, quis secundo Pado eō veherentur.

VENETORVM DVCVM

Robertus eius consilij non ignarus, ipse etiam ante lucem digressus, Veronam cum expeditissimo equita-
tu celeriter venit: ubi pluribus nauigis circa Athe-
sis ripas, Francisci Diedi Pratoris, & Francisci Mar-
celli Praefecti diligentia comparatis, impositis in eis
militibus, secundo Athesi, confestim in hostem pro-
cessit: tantaq; celeritate vsus est, ut penè eodem tem-
pore, quo & hostis, se suis Seuerinas ostenderit. Cu-
ius subito accessu hostis perculsus, retro infectare He-
stiliam concessit. Varij deinde hinc atque inde armo-
rum conatus fuerunt, multa siquidem loca ab hosti-
bus occupata, in Brixensi agro Seuerinas recepit,
cum interim Ludouicus Sfortia Romanum in Ber-
gomate agro oppidum expugnat. Inde appetente hye-
me, copijs in hyberna dimissis, Robertus Venetias ve-
nit: qui à Principe, & Senatu honorifice exceptus
est, multisq; & amplissimis muneribus, ob rem recte
administratā, donatus. Reuersus deinde Seuerinas,
Nicolao Pisauro Legato, Vrceos nouos concessit. In-
de Ponteoleo cum praesidio imposito, Tristaniam tur-
rim occupauit, eamq; opere, & armis communiuit.

Et cum spes facta esset, pacem aquis conditionib. con-
Legati Cefici posse, ad id Veneti Zachariam Barbarum, & Fe-
sennā misericordium Cornarium, Cesennam miserunt. Sed diti-
si de p[re]ce re per altercationem iactata, cum conditiones, qua-
tractant. proponebantur, non placerent, Legati re infectare-
uersi sunt. Placuit q; ad omnes Germania, & Gallie
Reges Oratores mittere: qui de Pontificis iniuria
questi, Christianos Principes ad publicum conuen-
tum, ipsi Pontifici indicendum, impellerent. Mis-
si

ad

ad Federicum Imperatorem Sebastianus Baduarius: ad Regem Gallie Antonius Lauredanus, Ad Maximilianum Imperatoris filium, Nicolaus Fuscarius: ad Austria Ducem, Paulus Pisanus. Neque interim summo studio Veneti bellum reparare desinebant, qui præter Italas copias, ex Peloponneso, & insulis circumiectis, ex Epyro etiam, & Dalmatia, ad mille & quingentos leuis armatura equites, cum amplio stipendio conductere. Et iam exente Vere, Robertus militibus ex statuis eductis, circa Varollam, & Scortinianum castra admovit. In Mari vero Marcellus classis imperator, ex Corcyra prefectus, Gallipolim Calabria urbem oppugnare adortus est: & primum oppidanorum animis ad voluntariam deditio- nem tentatis, cum id parum profecisset, nauibus circa Iacobi calitora appulsis, militibusque in terram expositis, Marcelli urbs graui oppugnatione adorta est, laboriosumque interitus. trinque certamen exortum. Vbi Marcellus inter pri- mos pugnam ciens, sociosque ad hostes intrepidè vr- gendos adhortans, cum iam muris scala admota es- sent, multique in summum euasiissent, Marcellus ex Pratoria puppi, dum Imperatoris optimi munere de fungi studet, tormento ictus occubuit. Vix a sociis na- Gallipolis ualibus Imperatoris cades auditae est, cum Veneti ir expugna- rumpentes urbem occupauerunt. Eam ingressi victo- res depredarunt: foeminarum tamen pudicitia, & templis temperatum est. Capti a vrbe, classis Impe- rio Dominico Maripetro omnium consensu delato, Naritū, & Rachalisa, aliaque pleraque vicina oppida, vtero ditionem fecerunt. Ea clade auditae Ferdinā

Q. S. dus

VENETORVM DVCVM


dus rex, vbi Veneta arma in mediterranea Regni penetrare, seq^z domestico bello implicitum vedit, ad pacem tum de mun^r respexisse dicitur. Alphonsus interim sociorum viribus in vnum contractis, ita ut vltro centum & viginti equitum turmas haberet, peditatumq^z non paruum, motis signis, Vrceos Nouos mouit. Seuerinas autem qui equitum numero inferior erat (nam ad quinq^z & nonaginta equitum turmas habebat) quia peditum numero præstabat, ad Pteres Vrceos cum omnibus copys consedit. Alphonsus igitur Melam adortus, in deditio[n]em accepit: Inde digressus Varolam Scortariolumq^z occupauit, inde ad Balneolum consedit. Venetus autem Pax & Dux ad Zenonem, inter Brixiam, & hostiam castra eius conditiones. se recepit: Hic de pace agi cæptum est, ad quam componendam, ipsi Duces se auctores, & arbitros posuerunt. Hinc Seuerinas, & Lucas Pisanus, Nicolausq^z Fisaurus Legati: Inde Sfortia, nuncijs vltro citroq^z missis, qua demum his conditionibus secuta est. Ut Veneti Asulam, & quicquid in eo bello in Gallia amissent, reciperen[t], ipsiq^z ex his que Herculi admiscent, Rodigij Polefum retinerent, omniaq^z antiqua Ferraria iura reciperen[t], Præsidia circa Padum deducerent, munitio[n]es circa ripas demolirent, Gallipolis, & qua in Calabria occupata essent, Ferdinando restituuerentur, Seuerinas militaret Venetis, esset q^z omniū Italæ Principū & populorū Imperator. Ob faciem confectam, Venetis hastarum la post partem certamina, & aurigationes per plures dies, solem cem. ni apparatu celebratae sunt, ad quod spectaculum, in gens

gens ex tota ferè Italia mortalium numerus, multiq; viri illustres, & Principes confluxerunt, Et in primis Estensis Hercules, Iulius Camerinus, ex Mediolano, Leonardus, Ludouici Sfortiae filius, & Galeatus Seuerinas. Rubrij Parmenses, Mirandulanus Princeps, & alijs pleriq; viri præstantes. Robertus Seuerinas, & Camerinus, ludis præfuerunt. Tres Seuerinatis filij, qui præ ceteris strenuè certarunt, viatores iudicati. Ducarium deinde, quod eo anno magna ex parte conflagrauerat, marmoreis lapidibus, maioriq; omnino sumptu captum est instaurari. In de grauis pestilentia ciuitatem inuasit, eaq; clade non parum vrbs consternata est. Ad id alia etiam foris clades accessit: Exierant ad Anglicæ negotia duebenda, Bartholomæo Minio Prefecto, triremes quatuor. Eas merces onustas circa Vincentij caput nauigantes, Columbus iunior, Pyrata illustris, cum septem nauibus optime instructis aggressus, post accerrimam pugnam, intercepit, multiq; in ipsa pugna ex Venetis perierunt, qui superstites fuerunt clades à Lisbonam perducti, omnibus bonis exuti, abire sunt piratis illemissi, & à Lusitanie Rege hospitaliter excepti lata sunt, non paruisq; muneribus donati. Seuerinas postea ab Innocentio Pontifice per Oratores accersitus, ob bellum aduersus Ferdinandum Regem suscepimus; Röمام cum filijs transiit. Hæc Mocenici item poribus gesta, qui anno sūi Ducatus septimo, vir summa probitate præditus, vita decepit, & in Gemellorum ade sepultus est, cum hoc elogio:

Dux

VENETORVM DVCVM.

Dux Ioānes Mocenigus, Thomae patrui, & Petri
fratris Ducum secutus vestigia, bellum Ferra-



riense inuitus gesit, & Rodigij peninsulam adiecit
imperio, pacem coluit, Rempub. Venetam admini-
stravit iustitia, probitate & prudētia, Dux opt. &
amantiss. Reip. habitus est.

L. F. P.

Obiit anno M. C D. L XXXV. Vixit annos
LXXVI. dux annos VII. Mens. VI.

MAR.

VITAE ET RES GESTAE. 131.
MARCVS BARBADICVS,
DVX LXXII.



MARCVS Barbadicus Ducali dignitate deco- 1485.
ratus est, anno millesimo quadringentesimo
octuagesimo quinto, vir integritate, & prudentia
singulari. Eius tempore ad ciuitatem, pestilentia le-
uandam, omnemq; contagionis causam tollendam,
Triumiri creati sunt. Ad Maximilianum Federici
Imperatoris filium, Regem Romanorum declaratu, Felix epip
Legatio decreta: Ad id Dominicus Triuianus, & tatis sua
Hermolaus Barbarus missi sunt. Fuit autem ciuita-tus.

VENETORVM DVGVM

sis status per id temporis omnino faelix, cum Princeps ipse paci, & quieti studens, iustitiam omnibus inviolata seruandam curaret, esset q̄ illi animus in consatendo liber, nihil facti, nihil simulati habens. Verum ea felicitas parum Reipub. diuturna fuit., Mense siquidem sua administrationis nono, cum maximo omnium morore, ex humanis decessit. Et ad Charitatis adem situs est.

AUGVSTINVS BARBADICVS,
DVX LXXIII.



1386. **A**VGVSTINVS Barbadicus Marco fratri in
Ducatus successit, vir ingenio acri, & memoria
singu-

singulari. Quem etiam presentia dignitatis, & ma-
 iestatem quandam præferens cana, & prolixa
 barba, non parum venerabilem faciebant. Sub pri-
 mo eius tempore Ducarium, iam ante a incobatum,
 sumptuosissimo apparatu magna est ex parte con-
 fectum. Sebastianus Baduarius, & Bernardus Bern-
 bus ad Innocentium Pontificem Oratores missi,
 cum eo publico nomine fœdus inierunt. Germani-
 cum deinde, ob finium contentionem bellum est ex-
 ortum. Conspirarunt namq; omnes ferè Germanie Bellum
 Principes aduersus Venetos, qui ingenti Barbaroru[m] Germa[ni]i
 exercitu comparato, nullo prius indicto bello, Athe-
 si apud Tridentum superato, subito incursu Rouerē-
 ses fines hostiliter inuaserunt, prædagq; & vastatio-
 nibus omnia compleentes, ad Roueren se oppidum ca-
 stra posuerunt, machinisq; ad muros admotis, oppi-
 dum oppugnare adorti sunt. Erat tunc oppidi præ-
 fectus Nicolaus Priolus constantis animi vir, & cū
 eo Franciscus Grassus, alijsq; nonnulli peditum Du-
 ctores. Germani igitur cum ibi plurimos dies in de-
 molientis muris consumpsissent, demum oppidum
 oppugnare adorti, non sine certamine, oppidanos ad
 ditionem compulerunt. Priolus cum Graffo, &
 alijs plerisq; se in arcem repererunt, vt hostium co-
 natus remorarentur, eam defensuri, quo usq; à Ve-
 netis subsidia mitterentur. Veneti autem eo inopi-
 nato bello perculsi, quām primum Robertū Seueri-
 natem, qui paulò ante cū Pontifici militaret, ab eo se oppidū
 exauctoratus, Venetas accesserat, cū valido equita ab hostib.
 sū, Luca Pisano, & Hieronymo Marcello Legatis, ad capitur.

Germani

VENETORVM DVCVM

Germanicos conatus inhibendos in Veronensem ad
grum miserunt. Qui postea in Rouerensum fines mo-
uens, quinq^u passuum millibus longe ab oppido cum
omnibus copijs consedit. Germani interim ante Se-
uerinatis aduentum Rōuerensem arcem post loqans
oppugnationem, deditio[n]e facta, in potestatem re-
degerunt. Nicolaus Priolus, & Grassus cum alijs ple-
risque captiui in Germaniam ducti sunt. Orta deinde
inter Germanos Duces discordia, cum parum in-
ter illos de reparandi belli ratione constaret, dimisso
oppido, hostes in Germaniam transierunt: Seuerinas
autem post eorum digressum, paruo negocio oppidū
recepit. Tria deinde castella hostium aggressus, in
Venetorum potestatem redigit. Inde ad Tridentum
oppugnandum animum adyciens, ponte Athesi im-
posito, omnes ferè copias traiecit: & cum in ripa flu-
minis inexplorato consedisset, milites q^u, ferè omnes
armis exuti, nihil hostile cogitantes, passim sine or-
dine vagarentur, accidit, vt ad eam transitionis fa-
mam ex Tridento, & alijs circumpositis castellis,
Venetoru[m] aliquot peditum Centuria, explorandi magis quam
clades a pugnandi studio exierint, eos cum Veneti milites ex-
pud Tride inopinato conspexissent, tanto sunt terrore perculsi,
vt momento temporis, sine vlo maiore certamine,
in fugam versi, confracto ponte, plurimi armati in
aquas precipitati, cum ip[s]is equis, vi fluminis absor-
ti fuerint. Pauci ab hostibus capti, pauciores omnino
caesi, cum vix cum hoste conflixissent, Seuerinas, &
ipse cum suis ferè omnibus, eodem furore perculsus,
in aquis demersus, concidit: cuius corpus postea in-

ventum, hostes Tridentum delatum, honorifice sepe
 liendum curarunt. Rubrius Parmensis, qui se cum a-
 liquot militum turmis in eminentiorem quendam
 locum receperat, multis ex hostibus cæsis, cum omni-
 bus ferè suis evasit. Ea clade accepta, Veneti nouis
 supplementis missis, copias suas reparare studebant: Pax cum
 cum paulò post ex Germania Legatis Venetias acce- Germania
 dentibus, de pace actum est. Quæ his conditionib. con-
 fecta est: ut redditis vtrinque captiuis, definiibus, &
 castellis, quæ Veneti ceperant, Innocentius Pontifex
 iudicaret. In oris maritimis vero cum suspicio inci-
 disset, aliquos esse in Cypri insula, qui Catharina Re-
 gina, & Regno insidias molirentur, quibus verendū
 erat, ne in aliquod discrimin Regnum illud adduce-
 retur: statuerunt Patres ad tutiorem Regni conser-
 uationem, vt diuī Marci signis in Regni locis präfi-
 xis, Regina ipsa in patriam reduceretur, Francisco
 Priolo classis Imperatore eo misso, qui Regno firmo
 präsidio firmato, populorum animos in Venetorum
 fide, & benevolentia confirmaret. Et ad Reginam
 maiori cum honore, & dignitate reducendam, Geor-
 gio Cornario eius fratri, excelsi animi viro, à Patrib:
 negotium datum, vt Cyprum ad sororem nauigaret.
 Qui sauiente hyeme eò accedens, sua prudentia, &
 dexteritate ita cum sorore Regina egit, vt satius exi-
 stimauerit, & rebus suis conducibilius, in patriacū
 suis sine periculo viuere, quam cum periculo in Re- Cypri Re-
 gno: quandoquidem Venetus Senatus non minus gine Vene
 illam in patria Reginam, & filiam, quam si in Re- tias acces-
 gno maneret, esset habiturus. Ad patriam igitur Re- sis.

R gina.

VENETORVM DVCVM

gina accedens , multis Regni proceribus comitata ,
cum vrbi appropinquaret , Princeps cum frequenti
Senatu , honoris causa , cum Bucent auro navi , ei ob-
uiam processit , eamq; nullo non genere honoris , ut
Reginam decuit , prosecutus est , à quo etiam Geor-
gism eius frater , equestribus insignibus decoratus
est , quod munus paucissimis Patricijs concedi solitū
est , nisi quorum singulare aliquod in Rempu . meri-
Caroli Re- tum extitisset . In Italia vero non parua deinde cla-
gis Italii- des accessit , Carolus namque Gallorum Rex , Ludo-
am adue- uici Sfortiae , Mediolani tunc Gubernatoris fauori-
tus. bus fretus , ad Neapolitanum Regnum sibi iure de-
bitum , acquirendum , magnis viribus in Italiam de-
scendit . Missis igitur primum ad Pontificem , & Ve-
netos Legatis , significat se ad Regnum sibi legiti-
mum accedere , neq; aliud sibi in Italia querere , Re-
gnoq; adepto , omnes vires suas aduersus Turcos , &
Christiani nominis hostes conuersurū pollicetur . Cu-
ius rei fama Ferdinandus Rex cōmotus , dolore ani-
mi (vt dicitur) confectus , obiit . Italiā igitur Carolus
primum pacato agmine ingressus , Ferdinandū Ca-
labria Ducem cum exercitu apud Cesennam obiū
habuit , eumq; facile cedere , & retro Romam aufu-
gere coēgit . Interim Carolo Rege ex Mediolani fini-
bus abeunte , Ludouicus Sfortia occasionem nactus ,
Mediolani Duce eius nepote , non sine veneni ac-
cepti suspirione , sublato , ipse Ducatum occupat , vrbem
q; cum armatis adequitans , ex Gubernatore , Ducus
sibi nomen vendicat . Carolus autem in Hetruriā
mouens , Serzanam , & Serzellanam Florentinorū
oppida

oppida, Petro Medice illa dedente, occupat. Pisac de- Ludgut-
 inde accedens, vrbem in potestatem suam redegit. cus Sfor-
 Ibiq; classem suam, Genuæ comparatam, apud Libur tia Medio
 nium manere iussit. Florentiam deinde accessit, vr- lani Da-
 bemq; ingressus, magnam auri vim à Florentinis ac catum ce-
 cepit, mutatisq; ibi pro arbitrio suo Magistratibus, cupat.
 inde discessit. Et Senas accedens, ibi etiam multa
 damna, & incommoda intulit. Romanum deinde
 agrū ingressus, Columnensium, & Ascanij Cardina-
 lis fauoribus auctus, vrbem ingressus est. Cum inte-
 rim Alexander Pontifex se in arce Sancti Angelii
 tueretur. Ex vrbē Carolus discedens, cum Regnum
 Neapolitanum ingressus esset, quām primū Alphon-
 sus Rex timore compuljus, Regni corona Ferdinando
 filio renunciata, ipse cum quatuor triremibus Sici-
 lia Regum adiuit. Carolus autem cursum victoria
 sequens, duodecim dierum spatio, Neapoli ac toto Carolus
 Regno potitus est, nullo resistente, & omnib. vrbī. Rex Nea-
 bus oppidisq; se dedentibus, prater Brundusium & poli Re-
 Gallipolim, quæ sola ex omnibus locis Ferdinandus gno peti-
 fide permanerunt. Tantis Caroli successibus vni- tur.
 uersæ Italiae discrimen imminere videbatur, cum A-
 lexander Pontifex, Maximilianus Romanorū Rex,
 Hispanie Reges, Veneti, & Ludouicus Mediolani
 Dux, inito inter se fædere, ne Caroli conatus ultra Nouam
 progrederentur, socia inter se armi unixerūt. Et Ve fædus.
 neti primū firmissimo exercitu comparato, in Par-
 mensi agro, Francisco Gonzaga Mantuano Principe
 Duce, eo etiam à Mediolanensi Duce socialibus co-
 pijs accendentib. apud Forum Nouū confederentes, Ca-

VENETORVM DVCVM

volum expectauere: nihil moturi, nisi à Rege hostile aliquid confexissent. Ille autem ex Neapoli redens, dimissis in eo regno quinque equitum milibus, ipse cum reliquo exercitu Romam versus equitando, Pontificem ab urbe discedere, & Oruetum accedere coegit. Carolus autem Romam ingressus est, penè ab omnibus relictam. Senas deinde accessit, multisq; ibi illatis incommodis, inde abscedens, Toscanellam, & Montem Flasconū Ecclesia oppida diripuit, prædagq; ferè absumpsit, plarimis ibi crudelissimè trucidatis. Pisas deinde se contulit, postea Lucam, & spolijs Italia onustus, postremum Pontremolum Ducis Mediolani oppidum cepit, ac diripuit: & montes transgressus, cum in planum descendisset, apud Forū Nouum Venetorum exercitum obuium habuit. Habebat Mantuanus Dux ad duodecim equitum milia, leuis autem armaturæ milites, quos stratiotas vocant, ad duo millia, peditatumq; amplissimum. Eratq; in ipsis castris Legatorū nomine Marcus Antonius Maurocenus, & Melchior Triuianus. Omnis igitur maiori equitatu in quinq; turmas diuiso, Iohanni Francisco Seuerinati, Ludouico Duci militanti, negotium datum, ut primus in hostem irrumperet, alie deinde turme dato signo, ad pugnam sequerentur. Verum Seuerinas suos de industria continēs, Mantua- ne dum cum hoste congressus est, sed venienti etiam ni Duci cessit. Gonzaga vero Dux cum Rudulfo Patruo, turcum Carobatos ordines conspicatus, in hostem ferociter est in lo Rege cō uectus. Eos Bernardinus Montonius cum alia equitatus turma secutus est. Illos Galli ferociter sustinenter & con-

Et conserto prelio, per plurimas horas cruento Marte
 te quicquidem utrinque pugnatum est: multiq; hinc at
 que inde ceciderunt, & in primis ex Ital, Rudolfus
 Gonzaga viriliter pugnans concidit: Cuius morte
 factum est, ut duae equitum turmae, quae ab eo signū
 expectabant, nihil mouentes, à pugna abstinuerint.
 Ex Gallis autem multo plures desiderati dicuntur.
 Interim leuis armaturae milites, ex alia parte Regis
 spolia impedimentaque adorti, omnia ferè in potestatem
 suam redegere. Demum d'empto certamine,
 Galli retrocedentes, ad montium radices reuersi
 sunt. Veneti in castra redierunt, & biduo post Caro-
 lus combustis primum omnibus fere impedimentis,
 clam ante lucem cum reliquo exercitu citato agmi-
 ne ad sua transiens, se in Astem oppidum recepit.
 Ad Nouariam deinde, iam antea ab hostibus occupa Carolus
 tam, Gonzaga cum exercitu mouens, eò etiam Lu- in Astem
 douico Duce cum validis copijs accedente, urbem ob
 sidere adortus est: eamq; ad id redegerat, vt vix de-
 ditionem differre posset. Verum non multò post Ca-
 rolus Rex cum Ludouico Mediolani Duce, inducias
 pactus, Nouaria Ludouico dimissa in Galliam tran-
 süt. Inde Veneta copia reuocata, Pado, Abduaq; su-
 peratis, in Brixensem agrum cesserunt. In maritimis
 vero Antonio Grimano classem Imperatori à Venetis Manopo-
 mandatum, vt Appulia, & Calabriae vrbes Carolo lis, Pulig-
 obtemperates, hostiliter inuaderet. Ille autem haud manū, &
 cessandum ratus, cum valida classe mouens, Mano- Mela Ve-
 polim, Appulia urbem firmissimam, & munitissimā netis ce-
 aggressus, eam summis conatibus expugnare adortus dunt.

VENETORVM DVCVM

est, quam aliquandiu strenue ab oppidanis defensam, multis utrinque casis, demum Imperatoris virtute, qui nullum in ea oppugnatione fortissimi Ducis officium pratermisit, & sociorum naualium strenuitate, in Venetoru potestate redigit. Eademq fortuna, Pulignanum, & Mollam, oppida munissa, expugnauit, Venetoq adiecit imperio. Interim Ferdinandus iunior, qui amissso Regno se ad Ischia insulam repererat, cum aliquot triremibus Neapolim accedens, Gallis electis, a ciuibus in urbem recipitur, & Castella urbis post aliquot oppugnaciones in ditionem accepit. Inde ad vniuersum Regnum recuperandum, animu adiiciens, quia eius vires non ita valida erant, quae ad hostes Regno exerciendo sufficere possent, inito cum Venetiis fidebre; pactus est ut Veneti Mantuanum Ducem cum trib. equitum millibus ei in auxilium mitteret. quicquid auri ob id a Venetiis expensum esset, ipse soluturus, Tranum, Hydruntum, & Brundusium ex fædere Venetiis cedens, quo usq expensam pecuniam exoluisset. Mantuano igitur Principe cum validis copys in Regnum accidente, Ferdinandus viribus auctus, iunctis cum Mantuano copys, post aliquot menses partim vi, par tim per ditionem, Venetiis adiuuatis. vniuersum Regnum recepit. Otto deinde inter Florentinos, & Pisanos bello, cum Pisani Carolo Rege ex Italia abeunte, rege ipso auctore, se in libertatem vindicassent, Veneti pro Pisaniorum libertate, aduersus Florentinos armis impserunt, missisq eo auxiliarib. copys, Pisanos aliquandiu a Florentinorum armis tutatis sunt, multi-

Ferdinandus Neapolim recipit.

Tranum,
Hydruntum, et Brundusium
Veneti ex fædere accipiunt.

q. in

q̄, in ea expeditione, & var̄y utrinque armorum conatus fuerunt. Demum eares Ludouicum Mediolani Duce non parum à Venetis alienauit. Primū namque Ludouicus ipse aduersus Florentinos pro Pisanis socia cum Venetis arma adiunxit. Postea ex amico hostis factus, aduersus Pisanos aperte Florentinis fausbat. Mortuo deinde Carolo Francorū Rege, Caroli Regnulo herede relicto, Ludouicoq̄, Aurelianensi Du-

gis mors.

ce summo populorū consensu Rege declarato, Veneti pristinam amicitam restanrantes, non solum fœdus cum Rege inierunt, sed socia etiam cum eo armi iunxerunt. Se in uicem perpetuo, & in uiolabili fædere colligantes. Et quia Mediolani Ducatus post Philippi Ducis mortem, Aurelanorum domuilegitimè spectabat, statuit Ludouicus Rex eum, sibi armis vindicare. Initio igitur cum Venetis fædere, in Fœdus cū ter eos pactum est, vt Ludouico Sfortia Principatu Ludouico electo-Rex Mediolani, & reliquarum Ducatus Vrbium Dux esset. Veneti Cremonam cum agro, & Rege. totam Abdūa Glaream haberent. Rex igitur cum ingenti bus copys in Italiam descendens, primū Alexandria urbem adortus, expugnat. Inde cum ad Mediolanum oppugnandum accederet, Ludouicus Dux suis viribus parum fidens, timore compulsus, Mediolano cedens, in Germaniam abiit. Rex paulò pōst Castello in ditionem accepto, urbem ingressus est, breuiq̄ omnib. vrbib. toroq̄, Ducatu potitus est. Veneti etiā ex altera parte cū validis copys mo- aentes, Cremonam, Castellaq̄ omnia circa Abdūā, no poti- sibi ex fædere spectatia, in potestate suā redegerūt.

VENETORVM DVCVM

In mari vero sub id tempus non paruam cladem
Respublica accepit. Othomanus Turcorum rex ingē-
tem classem parabat. Egerant Veneti cum eo in pa-
ce multis ante annis, post pacē cum Othomano eius
patre confectam. Tam validae classis apparatus fama
Veneti commoti, Andream Zancanum Legatum, Bi-
santium miserunt, ut Regis animo explorato, eum in
Venetorum amicitia confirmaret: ille autem Zan-
cano benignè accepto, ostendit nihil se in Venetos
moturum, eisq; pacē, quæ cum eius patre acta esset,
seruaturum. Veneti autem eius pacem suspectam ha-
bentes, in tanto illius apparatu haud cessandum ra-
ti, classem validissimam decernūt, eiusq; Imperium
Antonio Grimano secundò demandant. Qui cum ali-
quot triremibus Venetijs egressus, Corcyram primū,
inde Methonem concesbit. Interim ingens Turco-
rum vis Iadrensum fines hostiliter inuasit. Qui præ-
da & populationibus omnia completes, vniuersam
Dalmatiae oram terroribus implerunt. Qua erupti-
one factum est, vt Othomanus se Venetis aperte ho-
stem ostenderit. Grimano igitur Imperatori à Ve-
netis mandatum, vt omnia in Turcos hostiliter agē-
do, enixè studeat Venetas res à perfidissimi hostis
iniuria defendere. Ille autem pluribus nauibus de-
tentis, ex omnibus propinquis locis acersitis, ex Cre-
ta etiam plurimis triremibus summa diligentia cō-
paratis, ingentiq; inde sagittariorum numero accer-
sito, classe aucta, quæ ad triremes sexaginta, onera-
rias viginti, ceteras naues quinquaginta, biremes ve-
rō, & alia minora nauigia plurima habuisse dicitur,
cum

cum hoste configere statuit. Praerant classi Legato
 rum nomine, Nicolaus Pisaurus, Dominicus Mari-
 petrus, & Simeon Gorius. Erat nauium Praefectus
 Ludouicus Marcellus. Grimanus Imperator, habito
 cum Legatis, & Praefectis consilio, quia numero na- Ingens
 nium superiores erant, triremes autem pauciores Venetorū
 hostibus habebant, statuit in apertum mare hostium clas̄is.
 classem inuadere. Et primum nauibus imperatum,
 vt prius in hostem irrumperent, inde onerari & se-
 querentur, nouissimè vero Imperator ipse cum tri-
 remibus, & reliqua classe in pugnam erat processu-
 rus. Othomanus autem tercentorum nauigiorum
 classe conflata, que centum, & ultra habuit trire-
 mes, biremes totidem, naues ad viginti, alia vero
 minora nauigia plurima, ad Venetas opes euerden-
 das in altum concessit. Terrestribus etiam copijs in-
 gentibus comparatis (ad centum namque Turco- Ingens
 rum millia habuisse compertum est) Rex ipse Bisan- Turcorū
 tio egressus, Methonem versus adequitauit. Clas̄is clas̄is.
 autem Hellestanti angustijs superatis, in Eubœam
 transmisit, inde Methonem versus nauigans, Vene-
 ta clas̄i obuiam factus hostis, non ausus congregari, se
 in portum longum recepit. Post aliquot dies inde di-
 gressus, apud Iuncum consedit, & cum in ancoris es-
 set, Venetis cum eo congregari statuentibus, primum
 Albanus Armerius vnius nauis Praefectus, nauem ho Venetorū
 stium, immensa magnitudinis ferocissimè adortus cum Tur-
 est. Eum Andreas Lauredanus cum alia nauisecu- cis in ma-
 tus, ex altero latere hostilem nauem viriliter est agri con-
 gressus. Et cum ea catenū, & arponis connexi, gressus.

R s per

VENETORVM DVCVM

per aliquot horas atrocissimo Marte dimicarunt, tantoq^z animorum ardore, res est à Venetis gesta, vt hostes desperatione acti, cum iam prope victi essent, ne à Venetis caperentur, iniectis flammis, nauies ipsas cum omnibus ferè hominibus concremaruerint, paucissimi in mare præcipitati, ad suos trahentes, euaserunt. Tam horrendum spectaculum ita omnium ferè animos terrore perculxit, vt pauci postea congredi ausi sint. Et primum nauum Præfectus, cum iam prope hostilem classem aggressurus esset, retrocedens in altum abiit. Onerariarū Præfectus in eti, & ipsi auerso ab hostibus itinere mare tenuescendio ab runt. Vincentius Polanus cum vna oneraria in medum sumpta. diam hostium classem ingressus, à plurimis tremibus vndiq^z, circumuentus, post atrocissimam pugnam, vento secundo adiutus, incolmis inde ad suos rediit. Constans fama est, si Veneti Duces eo die Imperij parere, & patria fidem praestare voluissent, eos vniuersam hostium classem cum maxima Imperij Veneti gloria consternare potuisse, cum ad primum Venetorum congressum, de fuga capescenda iam hostes cogitare cœpissent. Inde Veneta clasus tanta bene gerenda rei occasione amissa, Corcyram versus cursum tenuit, exinde apud Clarentiam consedit, vt hostium classem eo venientem adoriretur. Hostes vero classem haud procul à Recens terraducentes, eam per marina littorata terrestri-cum hosti bus copijs comitantibus, Clarentiam peruenierunt. bus con- Vbi duabus triremibus à Venetis interceptis, mul-gressus. tisq^z alijs crebris tormentorum iictibus disiectis, in-de ad

de ad Papatus pontem processerunt. Vbi etiam à Venetis
 a classe aggressi, præter nauigia plurima tormen-
 tis disiecta, triremes quatuor à Venetis captas ami-
 serunt, & demum se in Neupacti sinum receperunt.
 Veneti autem locorum angustias timentes, retro-
 cedentes se ad Zacynthi insulam contulerunt. Ho-
 stium classe Neupactum appulsa, eo etiam Othomano
 Rege cum terrestribus copijs accedente, Neupa-
 ctenses cum se terra, & mari circumuentos vide-
 rent, nec Veneta classis appareret, deditio[n]em fece-
 runt. Eaclade accepta, Veneti Imperio Grimanno
 abrogato, eum Venetas acsersum, causam dicere
 iubent. In eius locum Melchior Trivianus ad classis
 Imperii suffectus est. Sub id tempus, vel anno ante,
 ex decem triremibus, ex Syria, & Alexandria ex ne-
 gotiatione redeuntibus, duæ altera ex Syria, altera
 ex Alexandria, apud Cicadarū portum tempestat-
 esse naufragio perierunt, merces que ex Syria
 erant cum hominibus, cum haud procul à terra
 abessent, maiori ex parte seruatæ sunt, triremis
 vero que ex Alexandria fuit, omnibus fc̄e homi-
 nibus seruatæ, grauiſſima merce onus in profun-
 dum maris submersa, post aliquot menses, mirabilis
 operariorum ingenio, ex profundo subtracta, cum
 omni merce redempta est. In continenti etiam
 non parum detrimenti Respublica accepit, ad de-
 Triremi-
 cem namque Turcorum equitum milia, Foro-um apud
 italiensis patriæ fines invaserunt, & prædapopu-
 lationibusq; omnia compleentes, omnem agrum naufragi-
 igni ferroq; vastarunt, multos mortales confece-
 runt,

VENETORVM DVCVM

runt, plurimos in prædam egerunt: & Venetis militibus se ad Gradiscana castra continentibus, Barbæri præda ablata incolumes abierunt. Triufanus autem Imperator cum Corcyram appulisset, ut cladem ante a acceptam aliqua ex parte resarciret, Ce-

Venetoru phaleniam Insulam classe aggressus, oppidum oppu-
clades ex gnare adortus est, Militibus igitur sociisq; nauali-
Cephalle bus in terram expositis, machinisq; ad muros oppidi
mia. admotis, hisq; in parte disiectis, demum oppidum ipsum oppugnare adortus est. Verum illud firmo Turcorum & virorum fortium praesidio munitum strenuissime ab hostibus defensum, plurimiq; in ea oppugnatione vtrinq; ceciderunt. Tenuit deinde ibi obſidio plures menses, cum interim Veneta turmæ focijq; nauales rerum penuria & incommodis con-fecti, aeris etiam inclemens preſsi, plurimi morbo consumpti occubuerunt. Demum oppido pluries op-pugnatione tentato, cum à mœnibus Veneti cum ca-de reiecti essent, re infecta inde abierunt. Ex eare non parua Venetis rebus iactura facta est: siquidem vniuersa ferè classem foeda clade consternata, In-fensissimus hostis bene gerenda rei occasionem na-ctus, proxima estate, classe ex Neupathi ſinu edu-cta, aliaq; ex Helleſponto profecta, in Peloponessum accedens, Methonem oppugnare adortus est. Vali-dissima classe eò appulsa, Othomanus rex cum in-genti terrestrium copiarum numero affuit: ad cen-tum nanq; & amplius Turcarum millia habuisse conſtat: machinisq; ad muros admotis, hiq; in par-te disiectis, per plurimos dies tenuit obſidio: quo tem-

tempore hostis bis totis viribus vrbe oppugnauit, & cum maxima suorum strage a mœnibus est repulsus. Accidit autem, ut quatuor Venetæ triremes com meatibus & bellicis instrumentis onustæ ad Metho Methonis nis subsidium à Venetis missæ, eò incolumes peruerterentur. Ad eas excipiendas prælatitia nimia vniuersa ciuitas letabunda occurrit, qui in custodijs dispositi erant, & ipsi relictis ordinibus ad portum occurreret, muros reliquerunt. Ea occasione usus hostis, muris superatis, sine ullo certamine urbem ingreditur, & longe lateq; vnumquemq; obuum cedit: priusq; pene vrbs capta est, quam scirent Veneti se ab hostibus oppugnari. Magistratus alij casi, alij capti.

Methone capta, hostis victoriam sequutus, Coronem Coronis concessit, urbem terra & mari aggressus, paruone ad hostes gotio in deditioñem accepit. Inde Neapolim concedens defessus tentauit urbem ad deditioñem compellere. verum cum nihil ibi pacati inuenisset, cum se ciues infirma Venetorum fide mansuros assuerarent, cum etiam Venetorum classem breui affuturam inteligeret, inde digressus hostis, Helleponi angustijs superatis, cum classe incolmis BiZantium concessit. Interim Triuifano classis Imperatore vita functo, Veneti Benedictum Pisaurum ad Imperium maris suffecerunt, qui Venetijs egressus, reparata classe, Methonem versus ad subsidium vrbi ferendum, hostiq; occurrendum summis conatibus nauigare studebat. Verum de vrbis amissione & hostium digresu certior factus, Iuncum adortus iam antea ab hostibus occupatum recipit: inde digressus Hispania Regis

VENETORVM DVCVM

Cephalle Regis sexaginta nauium classe auctus , Cephalleniam aggressus , oppidum oppugnare adortus est.
Vene- Militibus igitur socijs q̄, naualibus in terram ex-
ris cedit. positis , murisque macbinis ex parte disiectis , op-
 pidum oppugnatione adortus est , atroxq̄ue per
 aliquot horas vtrinque certamen fuit , tanto deni-
 q̄, animorum ardore res est à Venetis , & regijs
 militibus gesta , vt victis hostibus , maioriq̄, ex par-
 te casis , oppidum ex parte ceperint . Qui reliqui ex
 hostibus fuerunt , se in arcem recipientes , deditio-
 nem fecerunt , sic q̄, oppidum ipsum cum vniuersa
 insula in Venetorum potestatem concessit . In Ita-
 lia vero cum omnes ferè regiæ copiæ quaæ Mediolani
 fuerant , in Flaminia Alexandro Pontifici &
Ludoui. Valentino Comiti militarent , Ludouicus Sfortia-
 cus Medio occasionem nactus , ex Germania mouens cum
 lanum in validis copijs in Comensem agrum erupit . Co-
 greditur . mun deinde tumultuosè aggressus , paruo negocio
 caput . Inde Mediolanum concedens , nullo ferè re-
 sistente , urbem ingreditur , & ad Castellum oppu-
 gnandum bellica instrumenta admouet . Ea noui-
 tate motus rex , suis copijs ex Flaminia reu-
 catis , ingentem etiam ex Gallia equitatum , ma-
 gnumq̄ peditum numerum metit , eo etiam socia-
 libus copijs à Venetis accendentibus . Ludouicus au-
 tem cum regiæ copijs congressurus , Mediolano disce-
 dens , in campum processit , & in Comensi agro
 cum hoste configens , post acerrimum certamen
 cum iam prope vicitus esset , victoriaq̄ ad regem spe-
 etaret ,

etaret, a suis interceptus regi traditur, captiunsq; in
 Galliam defertur. Ascanius Cardinalis eius frater,
 qui Mediolani erat, audit a Ludouici fratres ca- Ludouic
 ptinitate, & ipse salutem sibi ausilio quaren, cus Sfor-
 mutato habitu in Parmensi agro à Sonzino Ben- tia capi-
 zano Venetis militante, cum aliquot socijs capti- tur.
 uis factus, Venetias perducitur, & paulo post a re-
 ge postulatus in Galliam mittitur. Nec multo post
 Ludouicus rex validissimis copijs in Italiam missis, Ludouic
 Neapolitanum regnum sibi legitimum, Federico, cus Rex
 Rege electo armis subegit, Hispaniae Rege, in Appu- Neapoliti-
 lia & Calabria partem accepto. Federicus ipse cum tanore re-
 aliquot triremibus in Galliam ad regem concessit. gno poti-
 Sub id tempus Veneti cum Pannonia rege fœdus tur-
 inierunt, magnum auri pondus quotannis ei tri-
 buentes ad bellum in Turcas gerendum. Procura-
 torum creandorum ratio mutata est, qua omni-
 bus, qui ad eam dignitatem aspirant, facilior eli-
 gendi aditus præbetur, & cum antea quatuor tan-
 tum ad summū electi, ad suffragia admitterentur,
 nunc ad triginta sex ad eam electionem adduci pos-
 sunt. Hæc Barbadici temporibus domi forisq; gesta.
 Qui senio cōfectus, cu in ægritudinem incidisset, ob
 idq; commodis Reipublicæ vacare non posset, Duca-
 tui renunciauit. Verum cum id à patribus non esset
 admissum, post aliquot dies decimoquinto sui Duca-
 tus anno, ex humanis decessit, & ad Charitatis adē-
 situs est. Eo defuncto, lex lata est, vt Triumviri eli-
 geretur, quibus si quid à Principe cōtra eius iurame-
 tum

VENETORVM DV CVM

tum patratum esset, ad Senatum rem deferre facultas esset, idq; in Barbadico ipso fieri cœptum est. In Leonar- eius locum, Leonardus Lauredanus cum maximo dus Lau- omnium ordinum consensu successit, vir integrata redanus te vita & præstantissimis moribus præditus. Ob cu- princeps. ius singularem sapientiam, maximum in Remp. be- ne gerendæ studium, æquabilem in omnes iustitiam egregiam liberalitatem, eximiam deniq; vita sancti moniam, omnia prospera Reipub. euentura ab omni bus speranda sunt. In cuius felicissimo Principatu. quem utinam immor: alius Deus pro Reipub. commo- do fortunet, & quamdiuturnum esse velit, si qua deinceps memoratione digna con- tingent, si in viuis erimus, liben- ti animo subiungemus.



VITAB

VITAE SERENISSÉ
MORVM PRINCIPVM VE-
NETORVM,

LEONARDI LAVRETANI,
ANTONII GRIMANI,
ANDREAE GRITTI,
ET
PETRI LANDI.

PER SYLVESTRVM GIREL-
LVM VRBINATEM.



S. SYL-

SYLVESTER GIRÈL

L V S L E C T O R I S . D.

 T s i qui de Principum Venetorum vitis ante me scripserunt , eas tantum res sunt complexi , quæ vel ab illis , vel à Senatu , dum ipsi Principes Reip. præsens , gestæ sunt : quod ego etiam in Lauretani , Grimani , & Gritti vitis mihi faciendum duxi : tamen non alienum ab officio meo fore existimaui , si Petri Landi , qui nostra ætate imperauit , cuiusq; ipse quotidiana penè consuetudine aliquot annis usus fui , vitam ita scriberem , vt à prima eius ætate , quæ nouisse omnia repe- terem . In illis non ab re factum arbitror quodd res à memoria nostra remotas non attigimus : cum vero ea , quæ nostro tem- pore gesta sunt , quibusq; magna ex parte interfui : mandem literis , non puto ope- ram meam esse reprehendendam , si idem non sum secutus institutum . Quare tu quileges , quæ à nobis eo consilio facte sunt , boni æquique consule . Vale .

LEONAR-

LEONARDI LAURE TANI VENETORVM PRINCIPIS,

74. Vita, per Sylvestrum Girellum
Urbinate.



LEONARDVS Lauredanus om- 1501.
nium Reip. honorum , qui magni-
merito habentur , perfecto cursu-
in Augustini Barbadici locum po-
stremo Veneti imperij mense Octo-

Princeps delectus est : eo potissimum tempore , quo
Respub. magnis iactata fluctibus , tali Gubernatore
indigebat . quod prater bellum cum Baiseto Turca-
rum rege annis superioribus gestum , cuius molestia ,
& metu nondum liberata fuerat , non minus peri-
culosum illud sensit , quo burius tempore vexata est . Conspira-
& valde afflita , quando tota fere Europa contra tio in V-
Venetum nomen conspirauit , nam cum Iulius Secun-
dus Pontifex Maximus , qui hoc tempore Eccle-
sia praerat , Rhauennam , Fauentiam , & alia in
flaminia oppida , qua sub Venetorum Imperio tunc
erant , in suam potestatem vindicare cuperet :
Maximilianus Cesar Patavium , Vincentiam , Ve-
tonam , & Fori Iulij provinciam totam ? Ludouicu-
rus Gallorum Rex Cremonam , Brixiam , Bergomū ,
& reliquas Cisalpine Gallia ciuitates , qua Venetis
parebant , Mediolanensi imperio , quod in potesta-
tem suam iam pridem venerat , adiungere conare-
tur : nec minus Neapolis Rex , quos habebat Resp.

83 in Apulia

VENETORVM DVCVM

in Apulia portus, & loca sibi vellet asciscere: cū præterea Maximilianus Venetis esset iratus propter classem apud Cadubrium acceptam, qua eius exercitus à Venetis fūsus est, ac deletus, li Principes simul omnes cum Mantuano, & Ferrarensi Regulis, propositi etiam illis belli premijs, concordes sanxerunt, ut res Venetas inuaderent, inter se pacti, vt oppida, & quecunque loca illis auferrent, viciissim partirentur, quæ in Flaminia essent Pontifici, qua in Venetia Cesari, quæ in Gallia Cisalpina Ludouico, que circa Padum estensi, quæ aquid Mantuanam Mantuano principi darentur: quacunque vero in Apulia Veneti possiderent, Neapolitanore regno acquirerentur. itaque spe cuique proposita præmijs, quisque ad bellum promptus fuit ac paratus. Quodcum animaduertissent patres, ut res suas tuerentur, omnes ad bellum vires intendere statuerunt: nec ullius praesidium illis aderat cum omnes Christiani principes contra eos faceret: nec cum maximè possent Turcarum opibus vii voluerunt, cum id Christianis hominibus non satis honestum ducerent. Constat oīgitur exercitu, Nicolai Vrduces. fini Petiliani Principis, & Bartholomai Liuiani auspicijs, quos Duces asciverant, in Galliam Cisalpinam, ut Ludouici copijs occurreret, illum miserunt, Andrea Gritto, & Georgio Cornelio viris Senatorij ordinis additis legatis: ubi primū Trebulam oppidū, quod paulo antè Gallis se dediderat, diripuit, & solo aquavit. Quod ubi rex cognouit, qui tunc erat Mediolani, cū magnis copijs, quas iāpride cogere cooperat, inde egressus est, & circato in ore oppida, & loca de- popu-

populando, quacūq; suis inuenit partibus aduersa, in
 Abdue Glarea, vbi Reip. aderat exercitus, peruenit.
 Pridie Idus Maias illud preliū est commissum, quod
 magna Reipub. iactura facta est, primo impetu Li-
 uianus, qui primus suis copijs hostem fortiter inna-
 serat, illum adeo perculit, ut & retro cedere, & ordi-
 nes deserere coegerit, ad regiam vsque cohortem iam
 ferè peruererat, cum duces quidam infidi, qui sub
 Liuiano merentes, Gallicis verò rebus studentes, &
 regi Remp. prodentes aperte contra Venetum facere
 incipiunt, & contra eos arma vertunt, à quibus sti-
 pendia acceperant, clamantes, exercitum Venetum
 fusum esse & profligatum, ut quisq; sibi fuga consu-
 les desereret ordinē, atq; ita regi victoria pararetur,
 quod factum est: nam ijs vocib; Veneti cōmotiter- Venetorum
 gavertentes, alijs sunt trucidati, alijs ab hoste capti, strages,
 alijs fugientes agrè sunt seruati. Liuianus graniter
 vulneratus cum Ciole Perusino viro fortissimo ca-
 ptus est, magna fuit clades, magnum Respu. accepit
 detrimentum, octodecim, & amplius millia hominū
 ex vtrog, exercitus sunt desiderata. Parta victoria La-
 douicus Brixiam cum exercitu venit, qua ciuitas Ve Brixia de-
 neto exercitu profligato, nullum præsidium idoneū ditur
 contra victorem existimans, fecit dditionem. idem Galli-
 consiliū secutæ Bergomū, Cremona, & reliqua illi-
 us regioni: ciuitates se Gallo cōmisérūt, prater Pisce-
 ra, qua opera Lactantijs Bergomatus, qui cum magna
 fortium veteranorum multitudine ex clade seruata
 in oppidum se receperat, et Antonij Boni, & Andree
 Riue præfectorū diu defensa est, & seruata. Sed cum

VENETORVM DVCVM

ditione illam habere nō posset Rex, statuit omnem
belli fortunam experiri, vt ea tandem caperet, à multis
partibus, et variaratione aggressus est. Sed cū diu,
& vario Marte pugnatum esset, vt pulchra, & ma-
gna militum indoles vtrinq_z perierit: oppidum tan-
Piscera ac dem Gallus potitus est. Andreas Réua captus, est in-
terfectus, Lactantius, & Bonus fugientes sunt serua-
ti, rex magnam victoriam adeptus cum exercitu la-
tus Mediolanum se recepit. Iudi varij generis sunt
editi, supplicationes decreta & frequenti ciuitate
celebratae. Cæsar cū videret Gallum, quod volebat
quodq_z, fœdere sibi dari petierat, iam fuisse conse-
cutum, idem ipse tentare cōstituit. misit itaq_z Franci
fury ducē cum exercitu in Forum Iulij, vt quacun-
que oppida in ea regione posset, caperet, Goritiam

Deditio
Goritia
& Ter-
gesti.

etiam magis maturauit, quod in ealocavenerat Io-
annes Paulus Gradonicus à Senatu missus cum le-
ctissimis leuis armatura equitibus: qui facile à Ger-
manico impetu oppida, & totam prouinciam defen-
disset, siquid fuisset præterea tentatum. his rebus ita
gestis, Patavini Cesarise dedunt, quod à Vicenti-
nis etiam, & Veronensibus est subito factum. Tar-
uisii quoque trepidatum est: sed opera Marci cuius-
dam: hominis plebeij rerum venetarum studiosi que
magna voce fidē suam indicantem populus tanquam
ducē est, secutus metus omnis sedatus est, yrbs Vene-

Taruisii
Seditio.

tis ser-

tu scruata. is, praeclaris facinoris author Venetias se
 ad principem et patres contulit, benigneq; est ab il-
 lis exceptus, laudatus, & summis prae myis affectus.
 tot ac tantis oppidis amissis, & rebus Venetis sic de-
 rectis, fortunatamen, quæ ita aduersa fuerat, quasi
 mutato consilio non defuit, illis tandem Patauium
 Sacardi Soncini cuiusdam beneficio est recuperata.
 Is egit ut Veneti noctu copias prope urbē clanculum
 ducerent, se multos currus fœni plenos ducturum
 pollicitus, qui portam vrbis impedirent, curaturum
 vt cum illorum vñus in ipsa porta esset, rota rum-
 petur, ne illa claudi posset, & tunc qui milites in
 insidijs essent ad negotium conficiendū, portam ca-
 perent, & reliquo exercitui præberent aditum. quæ
 omnia feliciter successerunt: ea ratione qua propo-
 situm fuerat, Patauium recuperata est. res gesta est
 XVI. Cal. Sext. diua Marina die, qui propterea Ve-
 netis habetur solennis. magno exercitu urbem in-
 gresso, nihil iniuria cuiquam factum est, præterquā
 Iudæis: quorum bona milites sunt depopulati. re-
 cepto Patauio Nicolaus Vrbinus, qui exercitui impe-
 rator præerat, deiectis suburbis, vallo, fossa, & quo
 cunq; præsidij generè potuit, illam curauit munien-
 dam. Non deerat Andreae Gritti legati diligentia:
 qui vt semper fuit optimus ciuis, ita eo tempore stre-
 nuam Reip. operam nauauit. Dum hæc geruntur, Iu-
 lius Pontifex, cui ex foedere omnia Flaminia oppida
 promissa fuerant, quæ Venetis parerent, magnis co- Francis-
 pijs comparatis, & Francisco Mariae Vrbini Duci cuius Maria
 traditis, ipsam prouinciam sibi asciscere conabatur: Vrbini

Patauiū
recuperat
tur à Ve-
netis.

VENETORVM DVCVM.

& dum in Gallia, & Venetia magnis Veneti negociorum distinerentur, illum cum exercitu ad negocium conficiendum in Flaminiam misit: qui Conuentū oppidum primum aggressus fortiter pugnando cepit, & à militibus direptum igni succendit: Alio deinde locatētauit, quæ aut vi cepit, aut metu ditionem facere coegit. Rauennam denique inuadere, atque armis oppugnare ausus est: & cum diu frustra labo- rasset, se tandem retro recipere est coactus. Princeps verò & patrés accepto vulnere tam graui in Gallia, & hostium magnis, & varijs opibus perculti, decreuerunt Flaminiae oppida pontifici tradere: si modo ab eo pacem possent impetrare. Hac dere sex legatos Romanam miserunt, quæ diu tractata, maximus pontifici periculis propositis, si Venetum nomen miseri patretur, tandem ea conditione est impetrata, ut quicquid in Flaminia haberent Veneti, id omne Iulio adijceretur. Interea Vrsinus, qui Patauij erat in praesidio, & dies ac noctes vigilabat, ut urbem recuperata Reip. cōseruaret, presertim, quod Maxilianus sibi dedecori fore existimabat, cum reliqui socij omnia obtinuissent, si ipse solus, quod vellat, quodq; fædere datum esset, non posset armis acquiri, & quam fortuna iam acquisierat, amississet, ad Leonardum Principem, & Senatum scribit, ut eam ciuitatem commeatu, & militibus, & omni, quo potest praesidio adiuuet. Quamobrem cum era- tizum diurno, & vario bello esset ferè exhaustum, Parteeps frequenti Senatu orationem habuit, qua Partes est hortatus, ut imperium, quod magna ex parte

parte amissum fuerat, & Reip. dignitatem, & spendorē, qui ex eare erat obscuratus, recuperarent. Patauium, quæ deorum immortalium beneficio in suam potestatem redierat, omni conatu, & quibus possent viribus tuerentur: & cum pecunia deesset, rogare, ut unusquisq; quod posset, ut bonus ciuis patriæ exhiberet, & illam penè iacentem, et iam erigi incipientem, subleuaret, cum maximè Iulius Pontifex, qui aduersarius anteā fuerat Reip. tunc fauere videretur, se pro Repu. non tantum fortunas omneis, sed etiam liberos, si illi prodesse posset, & vitam effusurum. Hoc sermone commoti Patres, ita ut Princeps requirebat, se facturos consenserunt, affirmantes se patriæ omnia debere, & propterea pro eius dignitate, & salute omnia efficere paratos. Quod cum factū esset comparata pecunia magnus milium numerus conscriptus est, & Patauium ad tuendam urbem missus. Eodem conuenit Ioannes Paulus Gradonicus, qui Fori Iulij prouinciam à Germanis tutatus fuerat. Conuenerunt etiam qui ex clade in Abdua Glarea accepta superfuerant. Ea tempestate Franciscus Gonzaga Mantua Princeps, Franci- qui Casaris partes sequebatur, ad Insulam scale, scus Gon- qui locus est in Veronensi agro, cum Florenti mili- Zaga ca- tum manu peruenisse, Vrsino per exploratores est pitur. nunciatus: Is igitur misit eo Lucin Malmetiū, qui nu- per stipendia Reipub. acceperat, cum alijs fortissi- mis ducibus, & firmo equitatu, additis pedestribus etiam copijs: qui noctu cohortes Mantuani aggredi, & fortiter pugnantes, multis interemptis, illas tan-


VENETORVM DVCVM

dem fuderunt. Gonzaga, qui è rusticana domo à somno tumultu illo expperrectus in altam fugiens segregem, se abdiderat, à quatuor loci illius rusticis hominibus conspectus, captus est, & Patauium ad Vrsinum, & legatos primum, deinde Venetias ductus quarto Idus Sext. & in custodia positus, & ciuiis illi datus, cuius consuetudine & familiaris sermone vsus molestia leuaretur, honorifice, & liberaliter est tractatus, usque adeo, ut non hostis captiuus, sed hospes videretur. Eo tempore Maximilianus erat Verona. Is cum à Venetis Patauium, receptam, & diligenter muniri intelligeret, magnum vndiq³ exercitum coegerit, tum suis, tum sociorum viribus, ita ut centum viginti, & amplius millia armatorū, cum delectus est habitus, reperta fuerint, Iis cōpijs fretus, relicta licentia, quo paulò ante venerat, Patauium petere constituit, quam vallo, fossa, & magis militum virtute, & ducum prudentia munitam et si sepius tentavit, & monuit, ut iussa facerent, & ciuitatem dederent, nihil tamen nec promissis, nec minis obtinuit, & cum frustra fuisset omnis eius conatus, re infecta inde discedere est compulsus. Cum itaq³, Caesar duos menses, & amplius urbem obsedisset, nihil proficiens, Gallis, Hispanis, & Italib[us] dimisis, cum reliquo exercitu, qui Germanorum erat, Vicentie magno presidio relicto Tridentum se recepit, atque inde in Germaniam abiit. Paucis post diebus Nicolaus Vrsinus vigiljs, laboribus, quos in defendenda Patauio pertulerat, & etate confessus, in grauem incidit corporis agititudinem, qua breui consumptus,

Nicolaus
Vrsinus.

octo-

octogesimum agens annum, diem obiit extremum,
vir prater generis splendorem summa prudentia,
fortitudine, & militiae muneribus insignis, & de Re
pub. Veneta optimè meritus. Eius funus Princeps
cum frequenti Senatu, & tota ferè Civitate Vene-
tis ad Gemellorum adem extulit. Laudauit pro con-
cione Ioannes Baptista Egnatius, vir eloquentia
clarissimus, erecta est illi equestris & aurea statua
& fortitudinis, & omnis virtutis monumentum cum
hac inscriptione:



Nicolao Vrsino Nola, Pitilianiq; principi, longè
clarissimo, Senentium, Florentini populi ij Si-
xti. Innocentij, Alexandri Pontifi, Max. Ferdinandi
Alphonsiq; iunioris Reg. Neapolit. Imperat. felicif-
fimo, Venetæ demum Reipublicæ per XV. annos
magnis, clarissimisque rebus gestis, nouissime

à gra-

VENETORVM DVCVM

Agreatissima omnium obsidione Pataui conservato, virtutis ac fidei singularis, Senatus V. M. H. P. P. Obiit Aet. LXVIII. M. D. IX.

Idem officij genus Dionysio Brisighella, illis diebus vita functo, in eodem phano praestitum est, sub hoc epitaphio:



Imperator, Ductor, eques, milesq; Dionysii Naldi conduntur hic ossa. Hic iuniorem Ferdinandum, regno à Gallis pulsum, restituit: Venetis dignitatem Imperij sustinuit, fide ac fortitudine incomparabili, inter alios Duces peditum praefectus, Patavium seruauit, Moriens nimis vigilis, hoc virtutis sua perpetuum monumentum, clarissimo Laudano principe, ex amplissimi Senatus authorita-

VITAE ET RES GESTAE. 147

temeruit, Obiit Aet. Anno X L V. Anno M. D. X.

His ducibus amissis, Senatus Andream Grittum legatum, virum spectatæ virtutis exercitui præfecit: qui ex. S. C. Vicentiam profectus, inde discedente Fracasso Seuerinate, qui Caesaris nomine vrbi præerat, eam paruo negocio obtinuit. Inde Veronam contendit, vt si fieri posset, illam recuperaret. Eò Seuerinasse receperat cum multis Gallis, Piscera acitis: quam variaratione, & diu tentatam, multis factis prælijs, cum expugnare Grittus non posse speraret, hyeme præsertim adueniente, Suavium vicinum oppidum in hyberna exercitum duxit, ynde impedimento esse poterat, quominus commeatus in urbem importaretur, vt eam proximo vere, obsidione & fame defessam, iterum inuaderet. Rebus itage-
stis, quoniam Alphonsus Estenensis, Ferraria princeps, Republika aduersatus fuerat, & in eius periculis hostis fuerat infestus, illum Patres vlcisci statuerunt. Missus est propterea Angelus Triuianus in Padum flumen cum classe satis firma & triremium, nusvastat & biremium, & aliorum vary generis nauigorium, agru Fer-
vt illius oppida, & omnia loca depopularetur, & rarièsem, Ferrariam denique adoriretur, qui profectus maritimam oram circa Padum vastando, Stellam usque progressus est, & Comaclum, quam depopulatus igni succendit, Id cum sensisset Alphonsus collectis copijs vndique pedestribus, & optimo etiam equitatu cum omnitorum genere classem, qua ^{tempore} in Padu erat, noctu magno impetu factò adoritus est, clades.
^{igni}

VENETORVM DVCVM.


igni, tormentis, pilis, armis omnibus illam oppre-
gnando, alios vulnerabat, alios occidebat, multi ca-
pti, multi vndis obruti, pauci seruati, Triuifanu-
Triuifani fuga. cum tentasset cum classe fugere, propter breuicrem
Padivndam nihil profecit. Martiano itaque signo
statim collecto, ne in hostis potestatem veniret, reli-
ctis nauibus fugiens, vix seruatus est, Venetias re-
uertens. Hec etiam magna fuit clades, maxima ia-
ctura, nam præter copias florentes, & ingentem
classem, quæ in hostium potestatem redacta est, &
eorum vires auxit, graue dedecus, non tantum Tri-
uifani Imperatoris, verum etiam Reipu. illud fuisse
videbatur: quod non minore Patres dolore afficie-
bat, clade nunciata Andreas Grittus ex hybernis e-
gressus, Patauim rediit cum exercitu: quo Ioannes
Paulus Gradonicus, qui Ferrarie sem oram vastabat,
etiam vocatus est, quod propterea factum est, quo-
niam Gallicus exercitus, qui erat Verona, in dies au-
geri dicebatur, quotidie Mediolano, Piscera, & vn-
dique ferè milites illuc confluabant, nec quid rex
facturus esset aperte intelligi aut sciri poterat, illud
omnes existimabant, Patauim omni conatu illum
aggressurū. Vnde re frumentaria, militib. & rebus
GonZaga illam omnibus Grittus curauit muniendam. Gon-
liberatur Zaga, qui Venetijs captiuus tenebatur, in Pontificis
à carcere. gratiam est liberatus, & in patriam magna suo-
Julius Pō- rum letitia honoris ced deductus. Pontifex ne Galli-
tifex fa- Patauim iam diu vexatam peterent, & Venetis,
cum quos tunc mutata sententia adiuuare cupiebat, ne-
Venetis. gocium faceſſerent, Franciscum Mariam Urbini
ducem

ducem cum exercitu Bononiam misit, ut inde Bentiu-
uolios, qui tyrannidem in ea ciuitate exercebant,
eijceret, quod cum Ludouicus rex comperisset, omis-
sa Patachio, eò exercitum direxit: ne Bentiuolij, qui
rebus suis studebant, expellerentur, & ipse opibus
eo pacto minueretur. Sapientius inter illos pugnatum
est, multi vndeque perempti, nullum prælium me-
morable tamen factum est. Vrbinas tandem Rha-
uennam, ne maius periculum adiret, cum numero
hostium vinceretur, se recepit. Paulus Capellus Ve- Paulus
neti exercitus legatus, qui illuc in auxilium Ponti- Capellus
ficiis venerat, interceptus à Gallis, cum omnibus co- fusiis.
pijs est profligatus, alijs intersecti, alijs capti, alijs spo-
liati dimissi, ipse cum paucis fugiens, Patavium est
ingressus. Hoc tempore Leonardus quidam Frater Leonar-
cognomento dictus, vir fortissimus, & de Repub. eo dus frater
principis bello, optimè meritus, cum sapientius Ferrar- moritur.
riensem regionem diriperet suis equitibus, ac va- Ego puto
staret, cum hostibus congressus fortiter dimicando, Pratum
ab illis tandem est occisus, cuius casum Patres gra- legen-
uiter tulerunt, quod duce non minus rerum sua- dum esse.
rum studioso, quam forti essent priuati, Eius fu-
nus Venetijs ad Gemellorum ædem honorificè elab- Honor
tum est, statua equestris ex Senatus decreto illi mortuis
erecta cum hoc rerum ab ipso fortiter gestarum elo- exhibitus
gio:

Leonhardum Pratum, militem fortissimum, &
ex prouocatione semper victorem, præfe-
ctum Ferdinandi Iunioris & Federici Regum Nea-
polita-

VENETORVM DVČVM

politanorum, ob virtutem terrestribus naualibusq; pralijs faelicissimum, magnis clarissimisq; rebus pro



Veneta Repub. gestis ab hoste casum, Leonhardus Lauredanus princeps, & amplissimus ordo Senatoriū prudentia & fortitudinis ergo statua hac e-
questri donandum censuit.

Magnus honor et tempestate exhibitus est etiam Lucio Malmetio Patavij magnis laboribus defesso & vita functo. Paucis post diebus Citolus Perusinus à Germanis ad Verona mœnia dimicans confectus in eodem Gemellorum Phano honori fici exequijs est honestatus. Galli, quibus res Bononiensis eara-
tione feliciter successerat, elati, Patavium aggredie-
serunt cogitabant, sed valde muniram yrbem cun-
videre

viderent, negocium relinquunt: Taruisum con-
 uersi oppidum tormentis, vallo, fossis, munitissimū
 conspicati, ne tentare quidem sunt ausi, qui propte-
 rea etiam sunt perculti, quod hoc tempore fædus
 ictum est, quo Iulius pontifex Hispaniarum rex, &
 Veneti contra Gallos conspirarunt, quo auditō à Im-
 douico eorum rege Veronam ire sunt iussi. Brixien-
 ses, qui prima Venetorum clade in Abdua Glarea
 Gallis se dediderant, nouo fædere perterriti, cogita-
 recuperunt in Patrum gratiam redire, decreuerunt
 fidem publicam petere, ut legatos ad Senatum mis-
 terent, qua impetrata, Aloysius Auogarius, vir pri-
 marius, missus est cum decurionum decreto, ut ciui-
 tatem traderet, & quicquid possent eorum nomi-
 ne polliceretur, qui benignè à patribus exceptus est,
 & omnis ciuitati culpa condonata. Andreas Grit-
 tus cum exercitu missus, qui urbem oblatam acci-
 peret, & acceptam custodiret. Quo facto, Galli qui
 aderant omnes in arcem cum omnibus suis opibus se
 receperunt, nec se, nec arcem voluerunt tradere,
 cum à suis auxilium expectarent, quod fuit celeri-
 us, quam quisquam iudicasset: nam deditioe auditā
 Iacobus Triulius, qui Gallico exercitui Verona pre-
 erat, illuc cum omnibus copijs statim venit, & ur-
 bem aggressus à duabus partibus, grauiter preme-
 bat tormentis, & omnibus armorum generibus, &
 quanquam Grittus diligenter defendebat, & tor-
 mentis, & igni, & sulfure arcebat hostem, adeo ut
 sape illum repulerit, tamen cum assidua, & acris es-
 set pugna, & hostium numerus semper augeretur,

T tandem

VENETORVM DVCVM

Brixia ca- tandem vicitur, & ciuitas amissa, & direpta.
pitur. Graci equites cum vidissent urbem capi, auferunt
deicta muri parte, qua hostibus postea fuit facilior
aditus. Veneti milites, qui urbem defendebant, magna ex parte sunt interfecti: multi capti, inter quos fuerunt Babonius Naldius, Calisonius, Ioannes Paulus Manfronius duces insignes: qui in arcem in custodiam sunt ducti. Oppidanum vidissent urbem captam, ita ut spes nulla esset reliqua, armis abiectis in forum prodiere à Gallis veniā implorantes: Grittus ab omnibus desertus, quod alij fuerant interfecti, alij capti facti, alij timore perculsi, laboribus, & mœrore confessus captus est, & à regis praefecto Mediolanum ductus: à quo benignè & honorifice exceptus, in Galliam ad regem est missus. cum Sentus audiisset Brixiam captam, & direptam, & Grittum cum multis fortibus viris captiū ductum, grauiter ferens, vt rebus suis prospiceret, egit cum exercitu sociali, qui Bononiam oppugnabant, vt ea prouincia intermissa, Ferrariensem agrū vastaret. quod Estensis, Ferrariæ princeps fauebat Gallis, unde totus ille exercitus contra illum conuersus est. Venetijs etiam multa nauigia, biremes præsertim per Padum sunt ductæ: nulla tamen triremis: cum hoc genus nauigij quid posset in eo flumine magno Reip. detrimento superiore clade perfectum fuisset: magna etiam terrestris militum manus eò accessit, que loca omnia qua potuit diripuit, vastauit, ac succendit, ita quod omni belli genere petita, magnam illa oram acturā perpetua est. Argenta capta, & direpta: deinde

Andreas
Grittus
capitur.

Argenta
capta.

deinde Mirandula etiam tentata, & diu oppugnata, tandem in eorum potestate est redacta. Vallum Crispini, quod ab Alfonso factum erat, ab Hispanis postea summis viribus oppugnatum est: & cum expugnari nullo modo posse videretur, Bononiam reditum est: de ea re à Bononiensibus certior factus Mediolani pfectus, & rogatus, ut sibi quam primùm subueniret, ne Hispanorum præda essent, eò misit Jacobum Triulii cum exercitu: quo Ferrariae princeps etiam, ut suas vlcisceretur iniurias, cum suis cōpijs est profectus. Hispanorum Imperator magnum Gallorum exercitum Estensi coniunctum conspicatus, et cum urbem tanquam alium exercitum haberet aduersariam, metuens ne à pluribus partibus petitus oppimeretur, Rhauennam versus in planitem se recepit. Ibi exstructo vallo, & vineis hostem operiri a quo loco statuit: inde profecto sociali exercitu, qui magna ex parte Hispanorum erat: Bononienses summa affecti letitia magno agmine ex urbe sunt egressi, ut cum Gallis, qui in eorum auxilium venerant, in hostem omnem fortunam experierentur. Cum illis itaque Rhauenna sunt profecti. Triulus pugna cupidus, vt hostem circumueniretingens suorū agmen misit ad urbem oppugnandam, vt Hispanos à Castris ad occurrentum excitaret, ac ita à multis partibus adoriretur. quod si factum esset, vieto riā adipisci confidebat: Id non consecutus, cū sepius tentasset, hostibus è castris non egressis, quod belli periti intelligebant dolos, concurrere tandem quacum queratione decrevit. Die igitur Resurrectionis Aprilis

VENETORVM DVCVM

lì mense, anno Lauretani vndecimo, vt terque imperator suos hortatus est, vt fortiter se gererent. Fabri tius Columna, qui in vrbe erat summo mane inde magno agmine erupit, & cum sociali exercitu est coniunctus, dispositis vtrinque ordinibus concursum est, & diu acriter pugnatum, & cum quidam cur-

Pugna a-
pud Ra-
uennam. rrus ab Hispanis hosti essent oppositi, quibus impedi-
batur, quominus libere certaret, in summo periculo fuerunt Galli, ita quod timerent ne eo pacto funde-
rentur, iamqz, ab Hispanis repellebantur, nisi eo sub
uenisset magna equitum manus, qua illorum impe-
tus est repulsus, varia fuit pugna ratio, interdum e-
qua virtute certatum est, interdum huc, interdum
illuc res videbatur inclinatura. Alphonsus Estenfis,
qui rebus suis timebat, siue hic, siue ille superasset v-
trinque sibi hostem existimans, (vt quidam iudica-
runt) vtrunque tormentis, igni, & sulfure à latere
inuasit, tanto impetu, vt vnde ea vis oriretur, neu-
ter intelligeret, quare Hispani commotis se retrore-
ceperunt, atqz, ita illa pugna direpta est. Magna
fuit cedes, duo & viginti millia hominum dicun-
tur vtrinqz desiderata. Galli, & si cuius fuisset vi-
toria incertum erat, tamen vt victores Rauen-
nam aggressi vi cœperunt, & dirupuerunt, quo casu
Forum Liuij, Fauentia, & Forum Cornelij finiti-
ma ciuitates commotæ se Gallis dediderunt. Intim
Fædus no-
num. Pontifex nunciata clade, & sibi, & socijs eius mens,
cum videret hostis fortunam fœlicius, quam puta-
rat succedere, Casarem, & Genuenses societati,
quam ante a fecerat, curauit adiungendos, qui nun-
cias

cius Leonardum Principem, & omnes Venetos maximo affecit gaudio, & qui mœror ex Rauennati clade fuerat, noua letitia leuatus est, Suppliciones djs immortalibus decreta. Mense Maio Heluetij à Pontifice, & socijs in Italiam acciti, cum per Veronensem agrum transeuntes, ad Padum amnem peruenissent, Galli occurrentes illi transitum prohibere sunt conati, magnum fuit certamen, multivarijne casj, victi Galli in Pedemontanam regionem se recipere sunt compulsi, cumq[ue] Nouaria confistere velle viderentur, oppidumq[ue] munituri, certiores de ea re facti Heluetij, eo se conferre statuerunt, id illi veriti, & recenti vulnera perculsi, extemplo Alpes transeunt, præsidjs tamen in Mediolanensi arce, Brixia, & Crema in Italia relictis. Hoc tempore Franciscus Sfortia Ludouici filius adhuc puer à Maximiliano Casare Mediolani dux est declaratus. Galli in patriam reuersis, miles quidam Criuellus nuncupatus, qui Crema portam defendebat, socio à se imperfecto, Paulo Capello, Veneti exercitus legato, illuc ea de causa profecto, eam oppidi portam tradidit, atque ita Crema Venetis est recuperata. Is Venetas profectus à patribus auro, & prædjs est donatus. Veneti Crema potiti Brixia quo que ex fœdere promissam recuperare decreuerunt, quo cum accessissent cum Hispanis, qui in præsidio erant de clade Gallici exercitus, cuius reliquia ex Italia discesserant, ante a certiores facti, urbem nullocertamine tradiderunt. Hispani Brixia à Gallis Brixia accepta, securi hostibus ex Italia profectis, arcem ditur.

T 3 capitulo

VENETORVM DVCVM

ceperunt, & tanquam sua esset ciuitas, iniuria omnia retinebant: nec Venetis, quorum erat ex fædere, reddebant, magnum auri pondus pro ea postulantes. Hoc tempore Iulius pontifex in grauem corporis agritudinem cum incidisset, diem, suum obiit.

Iulius Pontifex moritur. In demortui locum Ioannes Medices Cardinalis, Leo de cimus postea dictus, suffectus est, V. Id Maias Anno Leonardi principatus duodecimo. Postera hyeme in Riualtina insula erant adficia pulcherrima, IIII.

Leo Pontifex. Id Ian. igni forte accensa omnia ferè magno mercatorum, & totius ciuitatis detimento cum mercibus sunt combusta: multi ex ampla ad tenuem fortunā redacti. Eandem pariter iacturam sensit Crucigerorum familia, cui eadem nocte cœnobium to-

Riuus alterius comitatus vix templo seruato, igni est crematum. Princips interea, & Patres cum viderent ab Hispanis societatis fidem violari, & Brixiam sepe repetitā non posse ab illis obtineri, ut quod suum erat sibi vendicarent: per Andream Grittum, & Bartholomeum

Fædus cum Liuianum, qui ad regem captiui ducti fuerant, cum Gallis. ipso rege de pace agere statuerunt: qui vt Mediolanense imperium, quod amissum fuerat, recurraret, pacem facile fecit: & fædus inijt, quo Grittum, & Liuianum rei authores liberauit, & de bello contra Hispanos suscipiendo est pactus, vt ipse in Italiam cum exercitu iterum veniret, vt coniunctim aduersus hostem ageretur. Reuersis igitur Venetias Gritto, & Liuiano, exercitus imperiū statim mandatum est: hic imperator, ille legatus est delectus. qui comparato exercitu cum Gallis coniuncti, qui iam in Italiam

liam transuerant, & Heluetiorum & Reip. auxilio
 Mediolanense Imperium ferè totum recuperauerant, Brixia re-
 cipiunt, Brixiam profecti Cal. Ian. urbem obsidere in- cipitur.
 quam quatuor menses obfessam per dedi-
 tionem tandem accipiunt. Nam defessi Hispani la-
 bore, & fame cum nullum auxilium expectarent,
 Gallis urbem tradunt: qui datam confessim red-
 dunt socijs. Postea Brixia praesidio relicto, omnes Ve-
 ronam sunt profecti, ut si fieri posset, in potestatem
 suam pariter reducerent. quam omni arte, & diu
 tentatam, cum nullo pacto haberi potuisset, quod
 Cæsar nouo auxilio adiuuerat, reliquerunt, rei dif-
 ficultate commoti, & Patavinum se receperunt cum
 rebus suis maxime Veneti timerent: Hispani in vnu
 collecti, & cum Germanis, qui à Cæsare paulò ante
 missi fuerant, coniuncti, magno exercitu confla-
 to, Reip. oppida, pagos & quacunque loca rapinis,
 igni, ferro vastare ceperunt: modo Patavinum, mo-
 do Taruisinum agrum infestando: Mestre usque op-
 pidum, Venetis astuarijs propinquum peruenierunt,
 & illud igni totum succenderunt. multi e tempore
 excontinentie patres familias cum coniungibus,
 & liberis Venetas confugerunt, belli incendiū me-
 tuentes, ita quod non solum domos, verum etiam
 vias compleuerant. Nec tamen in tanta advenarū
 multitudine annona chara erat frumentis yndique
 deuectis. quo concursu factum est, ut Ciuitas peste
 infici cœperit: idq; iam serpebat malum. Sed Pa-
 trum prudentia, et autoritaterebus ita consultum
 est, ut illis omnibus emissis, qui ea res suspecti erant,

T. 4 & purgatio

VENETORVM DVCVM

& purgatis locis, omnis illa fædit as cesserit. Hispanis Venetorum agros, & oppida ita vastantibus, Liuianus, & Grittus, qui Patavij in præsidio erant, illorum successu commoti, maiorem militum numerum conscribunt, vrbe egrediuntur, ad locum Motam nuncupatum in Vicentinum agrum, qua hostes erant transituri perueniunt, disponunt ordines, pugna paratur. Hispani aditum quarebant, quo fugient, cum omnia tentassent, ad montes se postremo recipiunt, iniqua ad pugnandum loca. Liuianus veluti victor latus, cum nondum pugnatum esset, edit suis, ne quis quemquam hostium captiuū ducat, omnes interficiant: Contra Prosper Columna, qui Hispanorum exercitum ducebat, mandat ut qui-cunque se suis vltro dederet, seruaretur, ut hac clementia ducti hostes non essent ad pugnandum pertinaces, cum sui aut vincere, aut mori cogerentur. Postea uterque suos hortatus est. Liuianus rogare, ne quod fortuna obtulerit, eo tempore amittant, ad vincendum, non ad spoliandum sint parati, meminerint post victoriam, omnem victoria fructum esse capturos, nec magis tamen preda, quam glorie sint cupidi: Contra Columna suos bono animo esse iubebat, ac rogabat, ne locorum iniquitati eorum virtudem succumbere paterentur, & quanto iniquiori locores ageretur, tanto maiorem gloriam, si vincerent, fore affirmabat, sic uterque est excitatus. Venetus prior hostem aggressus acriter pugnare cœpit, magno peditum, & equitum agmine, primo impe- tu hostem retrocedere cogebant, cum à latere eos magnum

magnum Germanorum agmen repente inuadit, atque fundit: & cum nulla ex parte laborantibus subueniretur, cumque sine tormentis esset Liuianus, & Liuianus iam Prosper id conspicatus toto exercitu irruisset, re- vincitur. pelli Veneti & fugari coeperunt: atque ita fusi sunt, & profligati. Magna fuit cedes quatuor & amplius millia hominum eo prælio sunt desiderata, pauci capti: qui cladi superfuerunt, omnes ferè Patauium redierunt. ea tempestate Maximilianus Sfor- tia, Ludouici filius, Mediolani dux, cui paulo ante illud imperium delatum fuerat à Cæsare, Mediolanensem arcem à Gallis annona caritate laboran- tibus per deditio[n]em accepit. Postero anno Ludo- ni arx de- uicus, Gallorum Rex, rebus suis infeliciter gestis co- ditur. motus, iterum in Italiam cum exercitu transire statuerat, itemq[ue], copias scribebat, vt idoneo tempo- re rem conficeret, cum in grauem subito incidit mor- Ludoui- bum, quo quatuor tantum dies laborans interiit, In cus Rex eius locū Franciscus eius gener suffectus est, qui so- moritur. ceri consiliū secutus, omnibus qua ad expeditionem Franci- necessaria videbantur, comparatis, Heluetijs quibus cus Rex dam ad sua stipendia ascitus, in Italiam transiit, fa- Gallorū. ctis ante a de eare Venetis certioribus, quos ami- cos, & socios se habere statuerat: vt quemadmodum Galli ite- Ludouiciregni heres erat, ita amicitia, & societas rum in I- eset. Alpes itaque transgressus Mediolanum versus taliam co- mature ibat. Sed Hispani ipsum quacunque arte po- tendat. terant, arcere conabantur. Prælia quadam concita- bant, sed nihil gestū memoria dignum. Liuianus, qui ante a circa Padum cum exercitu fuerat versatus, He-

T 5 Hispanos.

VENETORVM DVCVM

Spanes, qui Placentiam se recipere cogitabant, quotidiani insectando, de regis aduentu certior factus Laude profectus est: quod oppidum à Laurentio Vrsino eius militum tribuno tunc oppugnabatur, ut rem inspicere. Inde ad regem salutandū Marignanum se contulit: quod decem millibus passuum Laude distat. à quo benignè exceptus est, de bello actum: post consulationem ita discessum, ut Liuianus Laudem premeret: ne Hispani, qui ibi aderant, cum Heluetijs, qui Mediolanum dicebantur egressuri, coniungerentur: rex Mediolanum suis omnibus copijs vrget. hic igitur inde dicens ad sex millia passuum longe ab urbe castra posuit. quotidie ab Heluetijs magnis promissis auxilium petebat. iij multis legationibus solicitati, & summo adūcti stipendio, illum secuturi videbātur: nisi per Cardinalem Heluetium, qui Placentia venerat, & ducibus illorum, ne Gallo fauerent, suaderat, res turbata esset: contra illum fortiter esse pugnandum affirmabat. si vinceretur, nihil nisi vitam amissuros, quæ tandem omnibus esset amittenda: si vincerent, præter gloriam immortalem, facile fore, ut totius Italiae, & Gallia imperium ipsi potirentur, cum rex eo tempore, cum omni militum Gallorum indole in Italiam venisset. hac oratione accensi Heluetijs, regis conditiones repudiauerunt, & ex urbe contrailum egredi, Marignanum versus sunt profecti, vanum rumorem excitantes, Venetū exercitum misere oppressum ab Hispanis: qui contra Gallos paulò post veturi essent: id propterea dictantes, ut inde rex nullum auxiliū expectans, deterreretur, & deterritus, paruo

paruo negocio vinceretur. cum igitur ad Gallicum
 exercitum peruenissent x viii. Gal. Octob. quart. Francia
 todecimo Laurenti anno, dispositis ordinibus cum scis Rex
 decima die iam esset hora, in tria agmina diuisi à tri pugnat
 bus partibus hostem sunt adorti, illud tempus potissi contra
 mū diligentes, ut res noctu gereretur: quando equi, Helueti-
 quibus Galli plurimum confidere videbantur, bello 05.
 minus valent. Fortiter Galli restiterunt, & firmi
 opposentes equitatu, hostem saepe repellebant: quan-
 doq; ipsi retro cedebant, a quo Marte saepe certatum:
 res in multam noctem deducta erat, cum rex tot par-
 tibus pressus, & ab equitatu, ob tenebrarum iniqui-
 tatem parum adiutus valde laborabat, & sine dubio
 fortuna cessisset, nisi Liuianus per exploratores de-
 re certior factus, & à rege, qui vanum rumorem de
 Veneto exercitu victo ab Hispanis illum fuisse noue-
 rat, auxilium rogatus subuenisset: qui iusso exercitu
 vniuerso eò proficisci, ipse cum equitibus quinqua-
 ginta nobilibus citato itinere præiuit, & iam mane
 facto dimicantem socium adiunxit exercitū, summis
 viribus pugnando. id Galli conspicati, se fortius gere-
 bant: rex nouo latus auxilio ad pugnam suos excita-
 bat. equi et si nocturno labore defessi videbantur, ta-
 men adueniente luce magno vsui fuere: diu pugnatū
 est. tandem Heluetij Venetorū virtute compulsi, ter-
 ga vertere cœperunt. sub ortum Solis Venetus exerci-
 tus cōuenit omnis, & magno robore, & summis ani-
 mis pro socijs dimicabat. Galli eos subleuati adiumen-
 to, maiore spiritu pugnabant. Heluetij defessi, &
 altero exercitu hostili deterriti, & suorum magna
 parte

VENETORVM DVCVM

parte casa, labori succubuerunt fusi, & profligati,
alij in proximos saltus confugerunt, alij à rusticis
Mediola- hominib. sunt occisi, alij capti, pauci se Mediolanum
num dedi receperunt. Magna fuit strages, Heluetiorum virgin
tur Gal- ti millia, Gallorum sex millia, & amplius dicuntur
lu. desiderata. Mediolanenses regis victoria commoti,
ad eum legatos mittunt ciuitatem dedentes, & ve-
niā implorantes, quibus ille pepercit, & postridie
cum exercitu in urbem triumphans, & glriosus est
ingressus, eo conuenerunt Liuianus, & Angelus Con-
tarenus legatus, regi victoriam gratulantes, quibus
ille egit gratias, atque affirmauit se illis, qui eo tem-
pore opem tulerant, imperium recuperatum, & sa-
lutem acceptam referre. Mediolano à Franciscore
ge recuperato, Leo Pontifex, qui iam cum Cesare, &
Hispaniarum rege fœdus inierat, noua Galli victo-
ria commotus: à cuius societate discesserat, Floren-
tia, vbi multis diebus fuerat, Bononiam concessit,
quo Francicum etiam regem ad se conueniendum
inuitauit, qui statim est profectus, post mutuas sa-
lutationes, multi inter eos sermones sunt habiti, in-
dere reuersus Rex Mediolanum, ciuitati prafecit Lu-
treccium virum exercitatum, quo in superiore bello
fuerat vsus, & in Galliam Transalpinam ipse re-
diit, parte exercitus in Italia relicta, qua cum Ve-
Inducie netorum copijs Veronam, qua nondum à Cesare in
cum Ca- Reip. potestatem redierat, aut caperet, aut certe ob-
sideret, qua diu obsessa nihil profectum est, quare &
regi, & Lauretano Duci cum patribus placuit, vt
cum Cesare inducia fierent, qua per regem diu tra-
ctata,

itata, tandem adueniente vere sunt facta. Hę po-
 ste à tota Italia quieta, & tranquilla ad obitum us-
 que Maximiliani Cęsaris perdurarunt, qui. III. Maximi-
 Idus Octo. XIX. Lauretani anno, fatu natura qz con-
 lianus Ce-
 cefit, cui in imperium succēdit Carolus Quintus sacer mori-
 eius nepos ex Philippo filio, Rex Romanorum iam tur.
 delectus. Ea tempestate Bartholomaeus etiam Liui- Carolus
 anus Reip. Imperator est vita functus, eius funus impera-
 Princeps cum Senatu ad adem Diui Stephani Ve- tor Bar-
 netys honorifice extulit, laudauit Andreas Naua- tholome-
 gerius vir honestus, & grauis, & eloquentia insi- us Liua-
 gnis, ipse in eodem Phano situs est, fortitudinis mo- nus mori-
 nimentis etiam erectis. His temporibus Martinus tur.
 Lutherus homo Germanicus à Christiana religione Martinus
 defecit, veterum hereticorum dolosis, & falsa do- Lutherus.
 gmati iam sapius Sanctorum patrum concilijs re-
 pudiata, & detestata excitando, ira & ambitione
 ductus, quod venenum non solum Saxones, sed plu-
 rimos Germanos alios infecit, & in multas pene-
 travit prouincias, per aliquot annos quieta fuit à
 bello non solum Italia, sed etiam tota ferè Europa,
 eaqué diu fortuna duratur a videbatur, nisi Britan-
 norum Rex, nescio qua morus causa, aduersus Fran-
 ciscum regem bellum suscipere decreuisset, quod pre-
 ter multorum opinionem propterea accidit, quod
 paulo ante Ardonium sub vnum Tentorium ambo
 conuenerant, multis verbis vltro citro qz habitis: &
 missis utrinque muneribus, que omnia amicitia, &
 benevolentia signa esse poterant. Indixit bellum sa-
 etaprius cum Carolo Cęsare, qui super imperium
 adie-

VENETORVM DVCVM

adierat societate, & fædere: quod etiam Leo Pontifex, qui ante a cum rege fecerat, est secutus. nō quod illorum studiosus esset: sed cum Urbini Imperium, quod tunc Franciscus Maria Dux insignis obtinebat, sibi assicere cuperet, illud consilium ad eam rem commodum existimat. ito itaq; fædere Caesar, huius belli imperium Prospero Columnæ ex Hispania nuper reuerso demandauit. qui Aononiam subito se contulit, quod Neapolitani regni præfectum etiam cum omnibus copijs venire iussit. Dum hæc parantur, Lucretius qui tunc Mediolanopräerat, regem de his rebus, quæ in Italia mouerentur fecit certiorem. quo nuncio rex admonitus, à Venetis petiit auxiliū: quod fædere se daturos fuerant polliciti ad Mediolanense Imperium defendendū. missi sunt igitur à Senatu illuc Andreas Grittus, & Theodorus Triulius cum quingentis equitibus cataphractis, & peditum sex millib. qui regi subuenirent. Lutretius cum quotidie magna à Columna copia parentur, Parmam Bononia proximam, eius Fratre, & Federico Gonzaga, illuc missis nouo præsidio muniuit: ne ab hostibus repente oppimeretur. Dum hæc geruntur in Gallia Cisalpina, Lauretanus Princeps magnis Reip. curis, atate, & morbo grauiore confectus, Laureta ni Prin- cipis mors. Cal. Iun. diem obiit extremum, vir prudentia, fortitudine, iustitia, & patriæ charitate insignis. pre- fuit annos xix. menses viii. dies xx. eius fu- nus frequenti, & multa Civitate ad Gemellorum adem elatum est: laudauit pro concione Andreas Nauggerius vir generie nobilitate, honoribus, & eloquen-

eloquentia clarus: ipse in eodem Phano situs est.

ANTONII GRIMANI LXXV. VE-
netorum Principis, vita per Sylue-
strum Girellum Vrbinatem.



LAURETANO vita functo, in demortuilo- 1521.
cum Antonius Grimanus paulo ante cognita à Antonius
Senatu eius vita integritate. ab exilio reuocatus, & Grima-
procuratoria dignitate proxime ornatus, octavo Id. nus Dux.
Iun. Princeps suffectus est. hic cum omni etatis cur-
su Reip, profuit. tum maxime, e tempore, quo ab-
fuit

VENETORVM DVCVM.

fuit à patria, cum tot bellorum procellis iactaretur. nam cum Romæ exularet, non secus Reipu. munera curabat, ac si illius legationem Senatus autoritate obiret, vsque adeo, vt non minus hic quam Furius ille Camillus, dum in exilio esset, suis attulerit cini- bus adiumenti, ille bello hostes vincendo, hic pace recōciliando patriæ auxilio fuit. Huius tempore bel lum, quod antea à Cesare indictum Gallis fuerat ob res Mediolanenses, quò copia iam pridem à Senatu in regis auxilium missa fuerant, confectū est. Nam

Prosper Columna Prosper Columna, qui Caesaris exercitui preerat, cum suis & Leonis Pontificis quibusdam copijs, in ynum collectis, IX. Cal. Sext. Bononia est egressus, & cum Federico Gonzaga, Pontificis exercitus nu- per designato imperatore, coniunctus, Parmam est profectus, atque vineis, tormentis, & omni armo- rum genere aggredi caput. Contra Galli summa vi, & quacunque arte poterant, hostem arcere nite- bantur: cum diu, & saepius pugnatum esset, tandem Hispani superantes in urbem dimicando sunt in- gressi, In duas partes Parma diuisa est, quarum al- tera capta ab hostibus, in alteram qua munitor erat, Galli se recipentes, cum omni conatu eam tueri decreuerunt, factus de ea recertior Lutrecius per exploratores, suis opem ferre statuerat, cum Pro- sfer à Pontifice obsidionem soluere, & Mutina, & Regio Lepidi, que ciuitates tunc suo imperio pare- bant, succurrere iussus est: quo Ferraria Princeps cum exercitu venire nunciabatur, vt illas insuam vindicaret potestatem. Parma itaque relicta, ad Ponti-

Pontificis ciuitates defendendas maturauit: auxilio etiam commotus, quod à Lutrecio mitti dicebatur. quo factum est, ut Estensis ab incepto destituerit, & Columna Mediolanum tendere finxerit. quo Prospere itinere ingentem Gallorum equitatum Parmam Columnam euntem forte deprehendit. quem fortiter dimicando tandem fudit, paucos tamen occidit, multis cepit, multos spoliatos dimisit. cū Hostianum peruenisset, Cardinalem Heluetium cum octo millibus militum Heluetiorum, qui à Cæsare stipendia acceperant, in Italiam ad eius opes augendas venire est monitus. cum itaque videret suas vires amplificari, contra hostium minui, Mediolanum post quadam prælia apud Mediolum abduam amnem facta, ubi pontem iacere finxerat, num capi tandem inuasit. Ibi Andreas Grittus aderat cum turu exercitu à Senatu missus ad urbem regi conseruandam: qui simul cum Gallis acriter pugnando hosti resistebat. Sed cum numero essent longe inferiores Veneti, & Galli, retro tandem se recipere sunt coacti: ac sic superando Prospere urbe est potitus: quam tamen mira arte, atque humanitate ab iniuria, & direptione seruauit: ne ciues contumelijs affecti, infirmioribus in Cæsarem animis essent futuri, & in Franciscum Sfortiam Ducem, cui ciuitas, & imperium restituendum erat. Galli multis suorum interfectis, rebus desperatis, amissa ciuitate omnes in unum collecti discesserunt, Nouocomum confugientes, unde triduo post in ulteriore Galliam recesserunt: praesidio tamen Nouocomi relicto eò missi à Prospere Hispani oppidum oppugnantes tandem per

v dedi-

VENETORVM DVCVM

deditioñem à Gallis acceperunt. & illud posteā, vel quod ab oppinanis diu resistendo iniuriam accepisse sibi persuadebant, aut alia causa accensi prater Prospere voluntatem sunt depopulati. Ad IX. Cal.

Nouocomum diripitur. Decemb. Nouocomo accepta ab Hispanis, & direpta Cremonenses rebus suis timentes se illis dediderunt nullum subsidium expectantes: quamuis eorū

Cremona deditur. arx in Gallorum adhuc potestate esset. quare audita qui Parmæ regis nomine præerat Lutrecij frater

illuc cum suis statim copijs est profectus, urbemq; & suis, & arcis tormentis, & omnibus, quibus poterat, viribus vrgere cepit, summa vi à Gallis pugnabatur, & cum vtrinque permerentur, oppidani misericordiam implorantes illis iterum Ciuitatem tradiderunt. quae de re certior factus Columna, illuc

cum exercitu se conferre statuerat, iamque Mediolano cum Mantua principe exierat, cum allatum

Leonis Fō est Leonem pontificem Cæsaris socium prid. Cal. tificis Decemb. diem suum obiisse, quamobrem aliud capit mors.

Parma de consilium, ac potius acquisita seruare, quam noua acquirere constituit: Illis tamen diebus Parma Cæditur.

Adrianus sarianis se tradidit. In Leonis locum Adrianus ex

Pontifex. Flandria oriundus, cum in extrema Hispania esset,

Pontifex maximus est suffectus V II. Id. Ian. vir a-

tate doctrina, ac vita integritate grauis: qui prid. Cal. Septembris Romam Cæs. Classe deuenctus perue-

nit. quieta Italia nouo Pontifice magnum tamen res Christiana accepit detrimentum: nam cum Rex

Turcarum Belgradum in Pannonia oppidū capisset, cumque quotidie eius naues à Rodijs equitib. & eo-

rum

rum classe infestarentur, ac præcipue Turci agens
 inde affligeretur, omnes eius vires illuc vertit. Ma- Rhodas
 gna classe, amplissimo exercitu in insulā deuictus, Sulimano
 urbem vallo, igni, fulfure, & omni tormentorum, et deditur.
 armorū genere inuasit: quam cum quinque, & am-
 plius menses oppugnasset, duodecimo Cal. Iā. per de-
 ditionem accepit. ubi relicto præsidio, paucis post die-
 bus Bizantium reuersus est. Interea rex Gallorū, qui
 eius copias Mediolano eiectas grauiter ferebat, idq;
 sibi dedecori magno iudicabat, iterum in Italiam
 eius exercitum transire statuit: Heluetios ad sua vo-
 cauit stipēdia, vnde duo & viginti millia scripsit ar-
 matorum, quibus cū reliquo eius exercitu coniunctis,
 Lutrecij auspicijs, rem magno animo est aggres-
 sus. Missis itaque in Italiam his omnibus copijs, &
 cū Venetis confestim coniunctis, Heluetij verò, qui
 ante a Cesaris stipendia fecerant, à suis in patriā re-
 uocatis, Mediolanum tentatum est. Prosper Colūna Prospēri
 tantis hostium opibus quasi deterritus Mediolanum Columna
 yenerat, atq; ciuib. eiusq; ordinis ad sevocatis, quid oratio.
 factō opus esse videretur sententias erat perconta-
 tus: varia ac diuersa erant hominum opiniones: ma-
 gnatamen pars urbem relinquendam statuebat, cū
 zerum copia hostibus essent longè inferiores. Colū-
 na copiosa oratione populum hortatus est, vt potius
 mori, quam patriā relinquere, et hosti turpiter tra-
 dere vellent. His verbis accensi ciues eius consilium
 sunt secuti, vrbs vallo, & fossa, vt potuit, munita est,
 quatuor militum Germanorū millia intro accepta:
 omnis ciuiū multitudo ad armā instructa est, ac pa-

VENETORVM DVCVM

rata sapienter interdiu, & noctu Prosper pugnam stimulauit, hostem adesse dictitans, ut hac re ciuitatis animos experiret. cum omnes prompti conspecti essent, ac parati, fortiori etiam ipse fuit animo. Gallicis igitur vrbe oppugnantibus, sapienter certatum est, multis utrinque occisis. Marcus Antonius Columna, & Camillus Triulius, qui tunc sub Lucretio merebant, ad vrbis infirmiora loca profecti exploranda, ab hoste tormentis sunt petiti, Triulius statim interfectus. Columna etiam paulo post cum Triulij cadavere ad Lutrecij delatus tentorium, est mortuus. necatis duobus claris ducibus, cum vidisset Lutrecius nihil profici, quod ab arce, que a suis tenebatur, nullum sibi adiumentum esse poterat, qui propter fossam, & vallum nihil inde iniuria hosti & detrimenti esset, discessit cum exercitu, semper tandem hostem concitando: ut si fieri posset, ex vrbe ad pugnam traheretur. nihil consecutus, Cassinum tandem concessit: qui locus ad impediendum hostibus iter Mediolano Parmam erat idoneus. Prosper quod ciuium animi essent firmiores, Franciscum Sforziam Tridento acciuit: cui Cesar Mediolanense imperium fuerat pollicitus. hic firmo equitatu, & pedestribus etiam copijs, quas ex Germania accersuerat, & adrei opportunitatem scripsicerat, Ticinum est profectus. Columna noctu Mediolano cum exercitu egressus est, Sforziam quoque Ticino iussit exire. quod is miro fecit silentio: ita quod per hostes transiens noctu, non est cognitus: cum illi suos esse ducerent, qui in excubij essent. nec prius tamen tran-

transisse compertum est, quām Mediolānum est ingressus ex ciuitatis clamore, & plausū illi aduentū gratulantis. cum tamen Prosper Ticino timeret, illuc magnam Hispanorum manū, qui urbem tuerentur misit. quod etiam magna arte factum est, ut cum non longè ab hostibus transferint, non sint ab illis cogniti. Galli tandem eam urbem sunt aggressi: & summis pugnantes viribus, magnam muri partem tormentis diruerunt. ingens fuit utrinque caedes: tandem Prosper cum periculum esse videretur, suis subuenire statuit. cum omni igitur exercitu Mediolano egressus, Cassinum pergit, ut inde paulatim accedens, Ticino auxilium ferret. Galli eius rei admoniti oppugnationem omittentes, se retro receperunt. Diuersa fuerunt inter exercitus pralia, multi utrinque interfici: quidam equites Veneti sunt ab hoste capti: tandem Bicocam proximum sibi locum uterq; exercitus est progressus; ut extremam fortunam experiretur. Columna hostes propè adesse conspicatus, Franciscum Sfortiam Mediolano omnibus cum ciubus, & quo posset auxilio, statim ad se iussit accedere: concurritur, fortiter certatur ab utrisque. Sfortia aduenit cum triginta millibus armatorum: magno impetu hostem adortus, retrocedere coēgit: quamquam & ipse magnum suorum numerum amisit. Veneti duces, qui fortiter pugnauerant, cum audissent res Gallicas inclinari, quos pro viribus ad- Galli vin- iuerant, suis omnibus copijs simul collectis, Man- cuntur tuam concederunt. unde postea Abdiam amnem transferunt. Prosper Gallorum reliquias persequi

VENETORVM DVCVM

statuerat, idque fecisset, nisi Germani, quorum magna habebat manum, pugnare recusasset, se suis quarentes stipendijs fraudari hoc Galli perspicientes, hostium discordia freti, omnes in vnum coacti se Cremonam receperunt, urbem diligenter munientes, missa Laudem presidio, ne ab hoste victoria elato opprimeretur. Columna victor Marignanum se recepit, ubi stipendijs persolutis militibus Germanis, & Mediolanensibus domum redire iussis, ipse cum suo exercitu Laudem concessit, quam magna vi adortus, licet diu repugnantem, tandem capiit, & diripuit, & Gallos omnes ferè consecit, & ciuitatem nouis & Cesarianis magistratibus constitutis, disposuit, inde Pizleonem Profectus, oppidum diruere statuerat, nisi opidani Laudis direptione commotis subito fecissent deditioinem. Eo rerum successore contulit Cremonam, quam cum premere decreisset, Cremonenses illum per legatos rogaerunt, ut per quadraginta dies concederet inducias his conditionibus, ut si eo temporis spacio ex Gallia à rege non mitteretur auxilium, ciuitas Cesari traheretur, seruat atamen arce, qua in regis, non in eorum potestate esset: quod Prosper concessit, ut res maiores, quas in animo habebat, aggredieretur. Deinde Ticinum se recepit, ubi omnibus copijs una collectis cum Mantuano Principe, & reliquis ducibus, qui in consilium actiti fuerant, decreuit Genuam Genua ea inuadere, quae Gallicis partibus fauebat, illuc capit. que omneis conuertit vires, & cum ditione obtinere non potuisse, tandem vicapit diripuit, & in Cesara-

Cesaris potestatem rededit. Inde Lecum, & Cremonam exactis iam inducys, dditionem accepit. Gal. Cremona li, qui in oppidis fuerant, in patriam sunt redire per deditur. misi, & Prospere præsidio Nouariam usque deducti. Dum his molestys Galli Cisalpina affligeretur, & cum Veneti milites, qui socium regem, quoad eius fieri potuit, adiuuerant, illius rebus desperatis, in suæ loca receperissent, Grimanus Dux cum prudenter, & iuste annum, & menses decem, dies duos Reip. præfuisset, annum agens. LXXXVII I. Non. Ma. sato naturaq; concessit, eius funus ad Gemelorum adem masti ciues extulerunt. Laudavit pro concione Federicus Valaresius vir generis nobilitate, & bonarum artium gloria insignis, ipse in Antonij Phano situs est, non longe ab atra templi maxima.

V 4 ANDRE-



VENETORVM DVCVM
ANDR EAE GRITTI LXXV I.V.E.
netorum Principis Vita , per Sylue-
strum Girellum Vrbinatem.



1523. Post obitum Grimani Andreas Grittus , qui
Andreas bellis, quibus Respub. suo tempore vexata fuerat
Grittus omnibus interfuit, & prafuit, magistratibus, domi,
princeps. forisq; clarus, in eius locum XIII. Cal. Iun. est prin-
ceps ascitus. qui vt in omnibus Reip. muneribus, que
antea obierat, prudenter, & fortiter se gesserat, ita in
summū locum vocatus singulari quadam gubernan-
di ratione excelluit. ubi non magis fortis fuit, quam
iustus,

iustus, & patriæ studiosus. Forma corporis animi virtutem præserebat, ita, ut verè principatu digna videretur. Nec huius tempore Resp. caruit molestijs: quibus illa affecta est propter bella: quæ ob res Mediolanenses Franciscus Gallorum rex gesit contra Hispanos: quibus cum Patres fœdus inierant, qui ante a ipsum Franciscum sociū habere tentauerant. Sed cum id consequi non potuissent, Casarem id cipientem, Adrianum Pontificem, Britannorum regem, & Mediolani Ducem sunt amplexi: nec hanc societatem Rex timere visus est. Sed ingenti exercitu conflato in Italiam mense Octobri, primo Grittī anno rediit: vt, si fieri posset, superioris infamie labem nouis rebus elueret. Huc accessit mors Adriani pontificis: qui sibi aduersabatur, & Clemens VII. Novembri mense in eius locum suffectus: qui primo tempore neutrā partem sequi videbatur: nuntiatore regis aduentu Senatus exercitum in Cesariis auxilium misit, ductu et auspicijs Francisci Mariae Vrbini ducis. Quare commotus Gallus, qui Mediolanū infesto exercitu iam cinxerat, inde se recepit. Hispani, qui Vrbem Sforziae ducis nomine defendebant, Venetorum opibus adiuti, magno impetu egreduntur: hostibus sunt obvia, multa, & varia prælia committuntur: multi Galli repente petiti inter imuntur, sape in sedijs deprehenduntur, sape funduntur tormentis percussi: tandem magno vulnere accepto, Italiam relinquere sunt coacti: bona pars in Galliam abiit: multi Nouariam se receperunt. Itaq³ VI. Cal. Iun. omnis motus est sedatus, fuitq³

V 5 ea estate

VENETORVM DVCVM

eaestate Italia quieta. Hoc bello feliciter gesto Franciscus Maria, qui strenue se gesserat, totius exercitus imperator à Senatu est declaratus, & à Gritto Principe imperij insignia in aede Marciana de more accepit. Is cum Franciscus Rex iterum in Italiam rediret, ad custodiendos Reip. fines cum lectissimo militum numero missus est, additu illi de more legatis. Rex vero magnis opibus Mediolanum aggressus, illud non satis munitum, & omnia oppida, qua ad illud imperium pertinebant per deditonem obtinuit: preter Ticinium, ubi Antonius Leua, vir rei militaris peritisimus, cum magna Hispanorum, Germanorum, & Italorum manu erat in praesidio, qui nullis conditionibus urbem dedere constituit. Illuc itaque ad XV. Cal Nou. Rex cum omni exercitu peruenit, & urbem igni, sulfure, & quo cunque tormentorum genere cœpit oppugnare, duos, & amplius menses obsecrit: multa & varia facta sunt prælia, interdū Galli, interdum Hispani vincebant, interdum aqua virtute pugnabatur, multi utring, sunt imperfecti, tandem Hispani nouo exercitu Barbonij ducis, qui in eorum auxilium venerat adiuti. VI. Cul. Mar. ex urbe sunt egressi, hostem summis viribus petentes, ex altera parte Barbonius est adortus, concursum est, diu pugnatum; postremo Galli male dispositis ordinibus, quod res ex improviso acciderat, sunt fusi, & profligati. Rex & si diuse fortiter defendit, tamen aquo confosso tandem Neapolitani regni prefecto se dedere est coactus. Rex Nauariae, quis secum pugnabat, captus est, & Vasti Principi traditus, multo

Franciscus rex
capitur.

multi præterea Galli principes, & duces insignes Rex Na-
 tum rege captiui ducti. Ipse Genuam paucis post die uarie cap-
 bus deductus, & in Hispaniam ad Cæsarem, qui ita tuis.
 per literas mandauerat, triremibus deuictus. Cesa-
 riani milites Gallorum reliquiis magnis sunt copijs
 insectati in Pedemontanam vsque regionem: Illi
 tamen citato itinere Alpes transeuntes, sunt serua-
 ti, Gallis ita profligatis cum nullum belli periculum
 efferideretur, Franciscus Maria, Senatus authori-
 tate copias dimisit. Pridie Non. Quintileis Gritto Franci-
 principe nunciatum est Franciscum regem Casariorum rex v-
 sororem duxisse vxorem, & ab ipso rege custodiali-
 beratum, & summo affectum honore in Galliam di-
 missum duobus eius filijs pro rege ob fidibus acceptis, Franci-
 quod & Duci, & Senatui letitia fuit, cum inde Ita-
 lia quietem, et pacem fore sperarent. Hanc letitiam libera-
 perturbanit tristis nuncius paucis post diebus all'a-
 turus, Ludouicum Pannonia regem V. Cal. Sept. cum
 Turcis ad Histrum aissinem congressum, militum nu-
 mero longe inferiorem: ab illis fusum, exercitum Ludoui-
 totum ferè casum, ipsum regem fugientem in Pa-
 lidem ab equo, quo vehebatur, forte colapsò depre-
 sum, & miserè mortuum. Hoc tempore Antonius moritur.
 Leua Mediolanum suis inuasit copijs Franciscum
 Sfortiam ducem Imperio spoliare statuens, quem in
 arcem profectum, & inclusum ob sidebat. Quod
 cum Senatus audisset, molestè tulit, ac decreuit ob-
 sesso subuenire. Franciscus Maria igitur exercitum
 scribere iussus est, & Mediolanum proficiendi, quod
 consiliū etiam Clemens pontifex est fecutus: qui ut
 rebus Italiae consulueret, quas spoliato Sforcia impe-

VENETORVM DVCVM

rio vehementer perturbari sentiebat, illuc eius exercitum in auxilium misit: cui præfecit Guicciardinius Parmensem, & Guidum Rangonium. Huc accesserunt etiam copia Federici Manta principis. Vrbinas Verona conflato exercitu Laudem primum Iaus caput contendit. quo & pontificis copia, & omnes socii pitur. conuenerunt, urbem cœperunt oppugnare, & ciuis cuiusdam opera adiuti, quam primum ceperunt, & diripuerunt. inde concesserunt Marignanum: ubi de Mediolanensi oppugnatione actum est: à du- cibus dicta sunt sententiae. Tandem consilium fuit, ut simul omnes rem tantarent. eò profecti, urbem fortiter premebant. Intro Borbonius, qui nuper ex Hispania venerat, cum Vasti Principe, & magno, ac firmo equitatu fuerat ingressus: quo auxilio Hispani opportune adiuti, maiore se animo defendebant: & tormentis hostes sepius petentes à mœni- bus arcebant. Illi itaque cum rem variaratione ten- tassent, nihil proficientes, Marignanum se recipiunt. Sforzia quod annona caritate laborabat, hosti- tradit artem. Sforzia quod annona caritate laborabat, hosti- bus arce tradidit his conditionibus, ut ipse cum opi- bus suis omnibus, & comitibus incolmis abiret. qui statim egressus, ad sociale se contulit exercitum ad Vrbinitatis hospitium: qui cum de inuadenda Cremona eotem pore tractauit, quod maiori speten tandem propterea duxit, quod arcem ipse adhuc suo obtinebat præsidio. Illuc ergo Malatesta Balio cum octo millibus peditum missus est, & Julius Manfro- nius cum magna equitum manu urbem arciter op- pugnant. Coradinus Cæsaris Dux insignis eotem- pore

pore Cremonam defendebat cum duobus millibus Germanorum, & magno etiam Italorum numero. facta est ingens verius cedes . Iulius Manfornius, & Alexander Marcellus pugnantes sunt interempti. Postea Vrbinas vniuerso exercitu, & graui impetu est aggressus. Coradinus hostis virtute dederit, rebus desperatis urbem tradidit hac lege, ut Cremona milites inde suos educeret. Atq; ita Sfortia Cremona est potitus. Breui tempore interiecto Georgius Fronspergius cū triginta millibus peditum Germanorum in Italiā venit. Aderat cum eo Nicolaus Varolus Cremonensis cum ducentis leuis armaturae equitibus: quamobrem Franciscus Maria, qui intra Venetorum fines redierat, & Camillus Vrbinus Vicentiam cum omnibus copijs Senatus auctoritate sunt misi: apud Abduam delectus est habitus, ut cum necesse esset, omnes essent parati. Pontificius exercitus Parmam se recepit. Vrbinas fluuiū traicit, in Mantuanum agrum usque progressus: cum Germanis varia prælia commisit: nihil tamen memoria dignum factū est. Germani tandem in Parmensem agrum, ubi eos Borbonius expectabat, peruenierunt. Ea tempestate Ascanius Columna Cardinalis, & multi alij ex eadem gente asscito Vgone nensium Hispanici sanguinis duce insigni, ut res quæ in Galastus. lia Cisalpina gerebantur contra Cæsarem, turbarentur, multas copias contra Pontificem parare cœperunt. Id Clemens conspicatus sex millia hominū ad urbis præsidium conscribit. Vespasianus Columna, qui nouas cum Cardinale copias conflauerat, ad Pontificem

VENETORVM DVCVM

● Pontificem profectus, illas omnes in Neapolitanum regnum se missorum affirmat, idque fecit. Clemens metu liberatus exercitum dimittit, inde Vespasianus, & Hugo omni militum multitudine reuocata clanculum urbem ingrediuntur, Pontificis ades a- Clemens deunt, omnia diripunt. Clemens in Adriani molem in Adria- trepidè se recipit, agit cum Hugone, ut ex urbe cum ni mole. omni militū manu discedat, sē, quem habet in Gallia citeriore exercitum pollicetur dimissurum. Atq; ita Roma à tumultu erepta est. exercitus in Gallia statim dimissus, scribit Clemens nouas copias, in Columenses, qui in se insurrexerant, illas conuertit. eorum oppida diripiuntur. Ili contra, se defendunt, quantum fieri posse, propulsant iniuriam: Barboniū cū exercitu accersunt, is statim aduenit, urbem Roma di- aggreditur pugnatur fortiter vtrinq;. Borbonius ripitur. primo ad mœnia impetu interficitur. Pontifex in Adriani mole iterum consurgit. quò Cardinalium etiā pleriq; cōueniunt. Roma male munita capit, ac diripitur, in omnes scūtū est, nec dignitatis, nec religionis est habitatio: tā sacra, quā prophana sunt violata, Vestales, & reliqua virgines stupratae, multa pudicitiae studio in Tyberim vtrō demersa. Magnū ex eare Grittus capit dolorem, & vniuersus Senatus, nō solū quod Pontifex socius ob sideretur, sed etiā quod ea ciuitas, que omniū gentiū, & populo rū regina fuisse, tantū detrimenti eo tempore accepisset. Pontifex multis post diebus cum nullū auxilium expectaret, ob sidione defessus, et coactus annone carecitate, quadrigenitis aureorū nummorum millibus se rede-

Se redemit, ac tradidit hostibus arce Urbem veterem concessit. Hoc tempore Franciscus. Rex à Casare dimissus, & in Galliam magna suorum latitia reuersus, agre ferens superiorem ignominiam, nouum in Italiam mittit exercitum ductu, & auspicijs Lutrecij, qui Mediolanum versus primum finxit proficisci, postea Ticinum contendit, ciuitas ab eo oppugnata tandem misere capta est, ac direpta, & magna ex parte combusta, Is relictio Ticinij praesidio, per Flaminiam transiens in Neapolitanum regnum, ut illud regi acquirat, toto exercitu contendit, missus est cum illo à Senatu Camillus Vrsinus Dux, & Ioannes Victurius legatus cum terrestribus copiis. Antonius Leua, qui Mediolano praerat, nactus occasione ad Ticinum se confert recuperandum, Ticinum quam ferè excisam, & manibus magna ex parte recuperata priuatam nullo negocio obtinet, deinde relictio praetur à Lessidio Mediolanum reuertitur, missa sunt Neapolim etiam due classes, altera Gallica, cui imperabat Andreas Doria, altera Veneta, cui primo Hieronymus Contarenus, postea Petrus Landus Imperator est datus. Monopolis à Venetis Duce Lando primum capta, alia oppida tentata, quædam dedita, quædam Capri difficultia relictæ. Neapolim, quo Hispani, & Germani, qui Romam depopulati fuerant se recuperant, peruentum est. Ciuitas terra, mariq, cincta, multa fuerunt prælia, & terrestria, & maritima. Sed illud memorabile, quo non longè à Salerno Casaria-Casariana classis est victa à Philippino Doria, et de na classis leta, Hugo regni praefectus cum ingenti militum nutrita.

mero.

VENETORVM DVCVM

mero est interfectus. Ascanius Columna, & Vasti
 Princeps, & dices alij insignes capti. paucis post
 diebus ducum captiuorum opera, & authoritate
Doria. Andreas Doria, qui Gallo militauerat, ab eo ad Cæsa-
 rem defecit: à quo Melphij principatu est donatus.
 hic post defectionem cum Venetis triremibus, quæ
 Gallos socios defendebant, sèpius tormentis quibus-
 dam dimicauit: & quoniam neuter pugnam cupie-
 bat, nihil, quod memoria dignum videbatur, gestum
 est. Hoc tempore Camillus Vrfinus à Lutrecio ad op-
 pugnandam Manfredoniam cum magna armato-
Manfre-
dona op-
pugna-
tur.
 rum manu est missus: cui Aloysius Farnesius à Cæsa-
 re fuerat praefectus. diu machinis, & omni arte ci-
 uitatis tentata. Sed cum nihil proficeretur, re infe-
 sta discessum est, multis verring, interfectis. magna
 fuit annona caritas in exercitu sociali, qui Neapo-
 lim premebat, & ingens pestis, ita ut maiori ex par-
 te interierit. Lutrecius Gallica gentis Imperator
Pestis in
exercitu
Gallorū.
Lutretius
onoritur.
 cum multis alijs insignibus viris est vita functus. hu-
 ius rei certiores facti Hispani, qui urbem tuebantur,
 hostem sepe aggressi infestabant, spoliabant, & oc-
 cidebant: oppida quæ amissa fuerant recuperabant.
 magna hostium calamitate multa Neapolitani Re-
 gni loca peragrarunt. nec prius destiterunt, quam
 Gallorum reliquie inde recesserunt: & ipsi à Cæsa-
 re ad Florentinam expeditionem, Clementis Ponti-
 ficis rogatu, sunt ire iussi: qui suis opes etiā omnes
 illuc conuertit, & ciuitatem diu obsidendo tandem
 per deditio[n]e accepit, Alexandro Medice eius nepote
 Florentia ex fratre Florentini Imperij Duce declarato. Gallico
 ieditur. exercitu Neapolitano, & peste confecto, Franciscus

Rex

Rex alterum conscripsit, & in Italiam misit principis Sancti Pauli ductu, qui cum Francisco Maria Venetorum Imperatore coniunctus est. Antonius Leua, qui res Mediolanenses cum imperio obtinebat, duabus aduersarijs exercitibus perterritus, Mediolanū intra mœnia se recepit, in Sancti Angeli oppido, quod antea defenderat, & Ticinij praesidio relicto: quæ opida à Venetis, & Gallis oppugnata magna Cæsaria norū cæde sunt capta, ac diruta, tria, & amplius Germanorum millia, quæ Ticinij in praesidio erant, dicuntur occisa. Quo factō Vrbinas in Brixensem agrum cum exercitu se recepit, Gallicus imperator Riuoltam contendebat, cum ab Antonio Leua à tergo per insidias est petitus, & cum magna exercitus parte fusus, ac deletus, vix Guidus Rangonius cum sua militum manu Ticinium confugiens est seruat. Hoc tempore ex Hispania Cæsare Genuam deuenito, ex Germania eius iussu magna militum multitudo in Italiam prorupit, quod et si à principio Italii hominibus timor fuit, postea tamen in meliore partem, res deducta est, quod non multo post pacem cum Francisco rege Cæsar fecit, eius filijs, quos in Pax Obſidia Hispania obſides pro patre habebat, dimiſſis. Bonodes diniam inde profectus est ad Clementem Pontificem, mittun-
 à quo duos post menses vi. Calend. Mar. est Coro- tur à Cœnatus. Tempore non multo interieicto Mantuam proſare. fectus, summo honore exceptus, Federicum Gonzagam Mantuae principem Ducem nominauit, quod maiorum suorum contigit nemini. Ea tempeſtate Solimannus Turcarum Rex Pannoniam cum ingenio
 X. tī ex-

Galli fūm
dunt ura

VENETORVM DVCVM

ti exercitu inuasit, multa oppida cepit, ac diripuit, plurimi interfici, multi captiui ducti. Tandem Viennam omnibus est adortus viribus, quam diu frustra oppugnatam magno suorum numero amissio, ita ut milites ingenti comitum cede commoti ducum Imperio non parerent amplius, relinquere est coactus, Facta pace inter Gallos, & Hispanos regina Aloysia re gina Aloysia Francisci Regis mater nono Gritti anno V. Cal. Nouembris diem suum obiisse nunciata ritur. Solimanus in Pa tranquilla viderentur, Sulimanus ignominiam a pud Viennam superiore tempore acceptam grauiterferens, eo iterum cum omnibus suis opibus rediit: Sed cum in Germania magnum contrasē conflari exercitum audiret, quores suas redderet firmiores, ad Sarmatiae regem misit legatos, vt nouam cum eo amicitiam, & societatem iniret, ne illum quoque diffīcili bello hostem haberet, quod Venetoru facile est consecutus. Veneti legati qui Bizantij e Legatoru rānt, non sunt Solimanum ea expeditione secuti, pietas. sed discesserunt, cum ille Adrianopoli digressus est, affirmantes sibi non licere cum illo proficisci, cū in Christianos bellum fusciperet, ne eorum calamitati assentiri viderentur. Cæsar coacto ingenti exercitu non solum Germanorum, quorum res potissimum agebatur, quod malum erat illis proximum, sed etiam Hispanorum, & Italorum, Viennā contendit. Aperat Ferdinandus Ro. Rex eius frater. Pontifex Clemens illuc suas omnes conuertit opes. Andreas Doria, qui paulò ante ad Cæsaris stipendia

die venerat, magna classe collecta sentiens Solimanum in Pannonia occupatum, in Peloponessum mo-
uit: Coronem aggressus vi caput, omnibus Turcis,
qui in ea fuerant, occisis. Solimanus magnum con-
tra se exercitum intelligens conflatum, & Coro-
nem captam, rebus suis metuens, cum etiam peste,
& fame eius exercitus laboraret, illam expeditio-
nem reliquit. Micalogus, qui leuis armaturae equi-
tum illius parti praeerat, & illis sepe excursionibus
Christianorum fines infestabat, ab illis interceptus
fusus est, ac deletus, alijs ceciderunt, alijs sunt capti,
ipse periculum sentiens, cum ducentis equitibus ad
exercitum confugit. Rebus infeliciter gestis Turca
Bizantium reuertitur, quare Cæsar in Italiam con-
cessit, Mantuanum summo honore, & plausu ingressus
est, vbi multis fuit diebus magna ciuitatis latitia.
Ludi varij generis sunt editi, quidam equites, qui-
dam Comites, quidam Duces ab eo declarati. Multis
post diebus decimo Gritto anno Bononiam, vbi Cle-
mens etiam Pontifex & Veneti legati aderant, pro-
fectus est, de rebus Italicis actum, & noao fædere, et
societate consultum, & confectum ad III. Calend.
Mar. vt Pontifex, Cæsar, Veneti, & reliqui Italiae
Principes inter se socij essent: Italiam communibus
omnium viribus tuerentur, & ad quecunque motū
commune auxilium esset, magna fuit ex eo Italizæ Clemens
latitia, quam auxit allatum ab Andrea Doria Coro Pontifex
ne auxiliū, qui comeatu, armis, & milite Ciuitatē moritur
obsidione laborantem adiunt, et penè liberauit. XI. Paulus
Gritto anno IIII. Id. Sept. Clemens Pontifex est Pontifex

Corone
capitula
Doria.

Micalo-
gus fan-
ditur.

VENETORVM DVCVM

vita functus, in eius locum Paulus 111. Romanus
Prid. Id. Oct. est suffectus. Paucis post diebus Alphon-
Alphōsus sus estensis Ferraria dux etiam obiit, vir prudentia,
Estenſis consilio, & belli peritia clarus, & Reipub. iam pri-
moritur. dem reconciliatus. Erat eo tempore Italia quieta,
Pedemon sed paulo post Franciscus Gallorum Rex magno ex-
Tanaregio ercitu coacto in Allobrogum fines mouit. Taurinum
primum captum est, deinde Pinarolum, & denique
capitur. totus ferè ille principatus. Quod cum Cæsar cognoscet
Cæsar in uisset, qui Neapoli tunc erat, se Romam contulit,
prouincia ubi à Pontifice, & Romanis honorifice exceptus est,
inde Senas, poste à Florentiam: vnde in Allobrogas
citato cursu contendebat. Cum Gallicus exercitus
est in Galliam reuocatus, is Fossanum est aggressus,
& paruo negotio adeptus: inde in Provinciam Do-
ria classe est deuictus. Cum nihil proficeret, quod
omnia firma erant, non paruo suarum copiarum de-
trimento discessit. Florentini quorū libertas ab A-
lexandro Medice oppressa fuerat, mortuo Clemente
Pontifice, à quo Alexander fuerat adiutus, vertun-
tur infeditionem, libertatem sibi pristinam vindicare
conantur: mittunt ad Casarem in Hispaniam
legatos, ut Remp. liberā velit, rogan. nihil est impe-
ratum. In Africam magnū exercitum classe tradu-
Tanes re cit ad Tunetem recuperandā: qua ciuitas ab Oeno-
superior. barbo Pirata capta fuerat, vrbe, & toto ferè regno
Cæsar potitur, magna Christianorum captiuorum
multitudine liberata: regi omnia restituit, indicto
illit amen tributo, quod singulis sibi annis penderet.
Sed dum in Africa Cæsar Bellum gereret: Francis-

cus

cus Rex in Italia nouos tumultus excitauit, ductu-
 & auspicijs Guidi Rangonyj, qui repentinio conflato
 exercitu multa in Pedemontana regione oppidace-
 pit. Genuam et iam tentare ausus est, sed frustra fu-
 it omnis eius conatus. illi namq; Medices Cesaris
 dux suis est copijs aduersatus. Caesar compositis re-
 bus Africaniis expulso Oenobarbo ac fugato, in Ita Carolus
 liam redijt magno triumpho, & populi plausu Nea triūphat.
 polim est ingressus. Non multo post tempore Antoni
 us Leua Dux prudentissimus, & Mediolani praeſe- Antonius
 ctus diem suum obijt. in eius locum Vasti Princeps, Leua mo-
 vir rei militaris peritus, à Cesare est ascitus. Ea tem ritur.
 pestate cum Paleologorum gens omnis intercidisset,
 eorum imperium Mantuano principi cognationis
 iure Casar addixit. X I I I . Gritti principis anno
 Venetias allatum est, idq; verum poste à comproba-
 tum, Alexandrum Medicem Florentia Ducem à Alexäder
 Laurentio Medice eius familiari & necessario, pa- Medices
 tria libertatis studioſo imperfectum fuisse, in eius lo- occiditur.
 cum à Ciuitate Cosmus Medicus adhuc adolescens
 est suffectus, qui primo sui Imperij tempore multas
 sensit molestias, tandem omnia sunt pacata, & ad
 ocium deducta. Quidam exules, qui à principio ciui-
 tatem sunt aggressi, facile sunt repulsi & fugati, a-
 lij imperfecti, alijs capti. Nec à Gallis, & Casarianis
 interea à bello cessatum est, sed in Pedemontana re-
 gione, & Mediolani finibus continenter bellatum:
 alter alterius cepit oppida. Veneti ab armis absti-
 nuerunt, nec ullius partes sunt secuti. Cū in Italia
 varia bella gererentur, adueniente vere Gritto &

VENETORVM DVCVM

Senatui nunciatum est Solimanum ingentem classem, & terrestres etiam copias parare nec quo moueret satis intelligi poterat, quamobrem VI. Id. Ma.
Hierony- Hierony. Pisaurus classis Imperator est delectus, &
mus Pisau magno Triremiū numero Curciram missus, ut Reip.
trus. consulteretur: Turcica classis Elleponto egressa Cor-
ciram usq; progressa est, quod cum nunquam ante ea
contigisset, patres cum Turcis non fidendum statue-
rent, alteram parare classem, quæ sinum Adriaticū
duas clas- tueretur, eo tempore, decreuerunt, hæc prouincia
ses habet. Ioanni Victurio est demandata, qui confestim Ca-
Ioannes tharum missus ea loca diligenter est tutatus. Solima
Victurus. nus terrestres copias duxit in Macedoniā, quò clas-
sem etiam, quæ Idruntem versus profecta fuerat, ve-
nire iussit, hinc magnam armatorum manū misit
contra Cyremios, quæ id accepit detrimenti, ut penè
Doria pre omnes perierint. Andreas Doria eo tempore cum su-
da. is, & Pontificis, & Rhodiorum equitum triremibus
in Sicilia erat, hic cum Turcicam classem ad Mace-
donia portus esse cognouisset, eō statim mouit, pau-
cis post diebus duodecim triremes hostium longè à
reliqua classe vagari certior factus. ad eas vertit cur-
sum, quas consecutus, & prater hostis expectatio-
nem adortus, magno prælio facto, multis vtrinq; oc-
cisis, tandem omnes cepit, caleriores in Siciliam de-
duxit, grauiores, & ad cursum minus aptas igni mā-
davit incendi, quæ de re admonitus Solimanus graui-
ter ferēs ignominia Oeneobarbum iussit ut Dorianam
confestim insequeretur, & cum eo si data esset facul-
tas, configeret, id cum incassum tentasset Oeneo-
barbus

barbus, non consecutus, Hyruntē versus direxit cursum, ad litus cum appulisset, ad octo equitum milia & magnū etiam peditū numerū, inter quos, multi ex Neapolitano regno fuerant, exposuit, qui illam regionem premerent castrum Turcæ magnavitate cœperunt. Sed cum diu esset dimicatum incertaviatoria, oppidani tandem exulum hortatione, & consilio ducti, illis oppidum dederunt ea conditione, ut ipsi cum omnibus suis rebus abirent incolumes, magna fuerunt promissa, sed nihil praestitum, nec quicquam seruatum, alij statim interfecti, alij in seruitutem redacti, cū nihil proficeret ibi Oeneobarbus in Macedoniā rediit, Venetam classem apud Snlimanum accusant, quam in causa fuisse contendebat, quo minus res suæ fæliciter cessissent, nam cum Pisaurus noctu Hydruntē nauigaret, in Turcarum classem incidit ignarus, & recognita retrocessit, & Corciram rediit, id ille conspicatus se ab eo consulto petitum censuit, ac propterea inde recessisse affirmabat, hac re commotus Solimanus Reip. bellum inferre statuit: Corciram primum iubet adoriri, exercitum, quem in Calabria habet reuocat: Duces, qui in Caſtri ditione fidem hosti non seruauerant, omnes illius iuſſu perfidie dant pœnas, captiui. qui in seruitutem ducti fuerant statim dimitūtūtur, ipſe Adrianopolim ſe recipit, inde, ut decreuerat, mittit Corcirā cum claſſe Oeneobarbū, hic V I. Oeneo-Cal. Sept. ad Insulā peruenit, loca capiit vastare in- curſionibus, & diſcia omnia incendere, & quoscunq; gesta in poterat facere captiuos, missa ſunt etiam eodē à So- Corcirā.

VENETORVM DVCVM

limano terrestres copia triremibus, & alijs nauigij
deuecta: ad quinque & vigintimilia hominum, gra-
ues fuerunt Insula molestia: homines aut ferro occi-
debatur, aut ducebatur captiui, pagi multi direpti,
Corcira & magna ex parte combusti. Praerant Corcira eo-
beratur tempore Simon Leo, & Aloysius Riua cum alijs duci-
obsidione bus, & viris fortib. qui hosti fortiter resistebant, &
ab urbe repellebant. Turcae verò cum nullo modo e-
am obtinere posse sperarent, cum sepe tentassent, ad
X I I I I. Cal. Oct. inde recesserunt: Solimānus cum
exercitu Bizantium rediit, in Elleponsū classe etiā
reuocata: sic Corcira obsidioē liberata est. Quam ob-
rem Hierony. Pisaurus, & Ioannes Victurius classi-
um Imperatores inter se sanxerunt, vt Pisaurus cum
suis triremibus Scardonam se conferret ad urbē op-
pugnandam: Victurius Iadram profectus, ea loca à
Barbarorum incursu tueretur: vterque suū munus,
quoad eius fieri potuit, est obire conatus. Pisaurus
Scardona Scardonā adortus, fortiter dimicando expugnauit,
capitur à solo aquauit, vrbis praefecto, qui Maurus fuerat,
Venetus. & olim Christianus, & alijs omnib. imperfectis. Ia-
dra aderat Gabriel Riua Veronensis, qui illuc Victu-
rio profecto, quorundam consiliū secutus, cum Paulo
Vendramino, Donato Cornelio, & Francisco Laure-
tano triremium praefectio ad Briuatium Turcarum
oppidum expugnandum cum omnib. illorū cohorti-
bus est profectus. q̄ primo impetu suburbia aggressi
caperunt & diripuerunt, & direpta incederunt: op-
pidum sapius tentarū est, multi utring, imperfecti,
sed cum nihil proficere nostri sibi videretur, inde ea
decāu-

de causa recesserunt, ut Iadram redirent. Eo itinere à Tureis equitibus intercepti, magna ex parte sunt occisi. Gabriel rebus desperatis ipse cum paucis fugit: etiam Vendraminus, & reliqui triremiū perfecti nec viui, nec mortui vsquam sunt inuenti. Ingens erat Venetij omnium mœror, quod nullo apparatu, & consilio proficeretur, nec minus reliqua omnis Italia commoueri videbatur, cum inde Christianum nomen & res Italicæ omnes inclinari viderentur. Quare Paulus Pontifex fœdus cum Cæsare, & Venetis & societatem faciendam curauit, qua Fœdus non omnes in Turcas, vt in communeis omnium hostes uum cum conspirabant, delectis belli Imperatoribus Francisco Turciis. Maria Vrbini duce, qui Terrestribus copijs, & Andrea Doria, qui naualibus præfesset: quibusdam tamen additis conditionibus, quibus vnuquisque suum obiret munus; nec dolus esse posse videretur. In hoc fœdere Rex Gallorum noluit esse, quamvis à Pontifice sāpe est inuitatus, & ita iustum est, vt si ille forte postea ingredivellet, statim posset. Is vero facta societate exercitum misit in Italiam, qui cum primum Alpes præteriit, Allobrogum fines vastare capit. Alba, quæ non satis munita fuerat capti a est, & quantum fieri potuit à Gallis munita. Aderat Vasti Princeps Asti, quod est oppidum Albæ proximum, qui ad impetum Gallorum eō se receperat. Nihil ibi memoria dignum gestum est. Sed tamen Italia iniquo tempore valde perturbata, cum impediretur, quo minus in Turcas idonei fierent apparatus. Hū temporibus Florentini exules multis co-

VENETORVM DVCVM

actis vndiq^z, copijs Florentiam petere sunt conati.
Sed cum illorum partem ad Montis murla loca esse
cognouisset Alexander Vitellus, qui tunc Florentia
aderat, nec adhuc omnem exercitum, qui Miran-
dula fuerat conflatus eò conuenisse intelligeret, om-
nibus suis opibus hostes petere decreuit: quos clan-
culū aggressus facile fudit, ac deleuit, alijs occisi, alijs
capti, alijs fugasunt seruati: quidam in arcem se re-
ceperant, quam paulo post, & se ipsos Vitello adue-
nienti dedere sunt coacti. Quod tamen hac lege fa-
ctum est, vt viui, & incolumes seruarentur. qui in
custodiam accepti Florentiam quam primū sunt
ducti. Paulus Pontifex icto foedere cum Cæsare, &
Senatu, cum adhuc discordia esset inter Cæsarem, et
Franciscum regem, quæ in causa erat quo minus in
Turicum bellum commode incumberetur. Sed per
inductas, quæ per tres menses factæ fuerant, & totidem
postea prorogata eo tempore quiescerent, cupi-
ens inter eos pacem esse egit, vt illoru^vpterq^z Nicem.
Inducia per Pon- Prouincia oppidum se conferret, quò ipse etiam est
tificem. profectus. Diu de pace actum, sed cum fieri non posse
videretur, inducius per decem annos prorogari. Pau-
lus obtinuit, ipse eius classis, quæ sex & tricent atria-
remium erat Imperatore Marcum Grimanū Aquileie
Pontificem designatum, declarauerat. Veneti
cum antea per hyemem omnis eorum classis domum
reuoata fuisset, maris imperium Vincentio Capello
demandant, qui magno triremium, & omnium na-
uigatorū numero collecto se corciram primū confert,
Hoc anno, qui quintus decimus Gritti principatis
fuit,

fuit, à Principe, & Senatu Camillus Vrfinus, Ia-
dram Dalmatiæ urbem cum alijs ducibus, & magna
militum manu missus est, à quibus Ostrovitia, que
in Turcarum potestate tunc erat, capti est, direpta,
& cum multis pagis igni succensa? sepringenti Tur-
ca dicuntur à nostris ea expiditione occisi, quadra-
ginta capti. Qui in ea re Christiani fortiter se ges-
serant, ab vrsino & Aloysio Baduario, qui ibi aderat
legatus, sunt laudati. Mensē Iunio Oenobarbus Cy-
don cretae oppidum cum classe appulit, cui praeerat Aloysius
Andreas Grittus principis gentilis. Magna militum us cœno-
multitudo egressa est e nauibus sine ordine, ut loca barbus in
& oppidum populararetur, Sed cum ille urbem videret uadit Cre-
munitam, & Ioannem Maurum, qui Cretam vni-
uersam cum imperio obtinebat, in suorum auxilium
cum exercitu venire intelligeret, milites celeriter
naues concendere insit, duobus hominum millibus,
& amplius in terrarelectis, qui à rusticis sunt om-
nes intersecti. Rhithymnam postea frustra concessit
longè munitiorem, multaq; alia insulae loca tenta-
uit. Sed vanus fuit omnis illius conatus interea cū
Marcus Grimanus cum Pontificia classe Corciram
peruenisset, Ambraciam primum tentare statuit,
quo magno profectus animo suburbia cepit, ac diri-
puit, arcem munitam sentiens relinquere est coa-
ctus, & Corciram, ubi Capellus aderat, redire, eō
peruenit etiam Andreas Doria prid. Non. Sept. cum
quinquaginta triremibus, & alijs nauigijs optimè
instructis. ex tribus classibus una facta est. qua du-
centarum quinquaginta fuit namum. Tunc à Do-
ria tota

VENETORVM DV CVM

ritat tota classe perspecta, omnibus mandatum est, ut
vnuusquisque esset instructus, ac paratus, vt ad tubæ
signum omnes Ambraciæ peterent, quod paulò
post factum est. Sed cum Oeneobarbum cum classe
ibi adesse compresisset, nec eo tempore configere
commodum esse duceret, se Leucadem recepit: quo
Turcica classis etiam venit, Alexandrum Buldome-
rium Venetum, qui magna naui praeerat, Turcæ in-
uadunt, vndiq, oppugnant, hic se fortiter defendit
nullo vento, nulloq, alio auxilio adiutus. Doria, ad
quem vniuersæ Christianorum classis imperium per-
tinebat, nunquam pugnare voluit, nec pugnandum
censuit, et si ad certamen à Capello, & alijs saepe
hortatus est, ac rogatus, affirmans cum id commo-
dum viderit, officio non defuturum. Duæ triremes,
altera Pontifica, altera Veneta hostiū ignara, cum
suos esse arbitrarentur, per noctem sunt capta, que-
dam etiā naues oneraria commeatus plena interce-
ptæ Classes Christianorum noctu Corciram rediere?
Inde Andream Sirugum cum centum & quinqua-
ginta militibus, duabustriremibus, mittunt Perga,
Venetorum in Macedonia oppidum, metuentes ne
ab hoste interciperetur, ij cum Oeneobarbum eò pra-
uenisse cognouissent, retro ad suos sunt reuersti, qua-
mobiè classium nostrarum imperatores disposue-
runt ordines, per dies quatuor omnes ad pugnam fu-
erunt parati, & instructi, triginta millia passuum
ab hoste seiuncti. Hoc tempore Oeneobarbus Chri-
stianam classem Catharum versus proficiſci à qui-
busdam monitus, eodem ipſe statuit contendere.

Cum

Alexander
Buldome-
rius.

Naves
capta à
Turcis.

Cum Ericus am peruenisset, adficia omnia succen-
dit. Postea Aulonem iter dirigenſ ingentitempeſta-
te correptus, & grauiter agitatus magnum caput de-
trimentum, ſexdecim naues dicitur amififfe, flo-
rentiſſima militum indoles interiit aquis obruta.
His diebus Franciſcus Maria Vrbini dux, qui ex fe-
dere Imperator in Turcas publicè fuerat delectus,
cum Venetijs eſſet, in grauem incidunt corporis agri. Franciſ-
tudinem, qua vehementer commotus Pifaurum eſt cus Ma-
ſubito deuectus, ibi XII. Cal. Noue. diem obiit ex- ria mori-
tremum. Eius corpus Vrbinum eſt delatum, & ho- tur.
norificè in diuina Clara ſitum. funus Venetijs etiam
ad Gemellorum eadem eſt elatum Grittī principis,
& Senatus praefentia honoratum: Laudatus eſt à
Laurențio Contareno, viro generis nobilitate, &
eloquentia claro. Guidus Vbaldus illi ſucceſſit hæres
non ſolum imperij, ſed etiam paterna virtutis, &
Venetæ Reip. benevolentie. Grimanus, Doria, &
Capellus cum omni claſſe Caſtrum nouum, Dalma-
tia oppidum, quod in Turcarum potestate erat, ag-
gressi VI. Cal. Nou. vi cœperunt, due arces, que op-
pido erant proxima, ſunt noſtriſ dedita his conditi-
onibus, ut qui Turcae eſſent in illis, certa pecunia
redimi poſſent, arma, & res quacunq; victori quām
primū traderentur. Hac victoria parta hyeme ad-
ueniente, tres claſſes domum rediere. Grittus vero
princeps, cum quindecim annos, menses septem,
dies octo ſumma prudentia Reip. pafuifet, annum
agens quartum & octogesimum VI. Cal. Ian. fato,
naturaq; confeſſit. eius funus moſta & frequenti
Ciuitate

VENETORVM DVCVM

Civitate ad Gemellorum adem est elatum. Laudau-
uit pro concione more maiorum Bernardus Naua-
garius , vir generis nobilitate , & eloquentia insig-
nis, ipse ad Francisci Phanum situs est.

PETRVS LANDI LXXVII. VENE- torum Principis Vita , per Sylue- strum Girellum Ur- binitatem.



1539. PETRVS Landus patre Ioanne claro magistra
Petrus tibus viro, matre vero Istriana , qua ex Fosca-
Landus. ra familia fuit oriunda , optima fœmina ortus est.
qui vt

qui sunt nobilissimos, & optimos pareotes sortitus, & ab illis diligenter est educatus, ita honestum vi- ta cursum, & Reip. Valde utilem instituit. Hic post humanitatis studia, quibus optimi ingenij puer non mediocriter pro etate est imbutus, patre amissso, an- num agens sextum decimum mercaturae, & nauigationi, qua Veneta nobilitas non parum adiuuari solet, se tradit, cui per annos aliquot operam de- dit. Nec tamen eo tempore literas prætermisit, sed Petri ado illis usq[ue] adeo est delectatus, vt siue Venetijs, siue lescentia. alijs in locis esset, siue iter faceret, siue nauigaret, libros semper comites haberet carissimos, & discen- di gratia aliquid perlegeret. Factus itaque merca- turae, & nauigationis satis peritas, cum & morum optima, indoles, & corporis forma, & honeste ar- tes illum apud omnes redderent gratiosum, & elo- quentior, & Reip. utilior esset, amicorum defensi- onibus se dedit, & à nobilitate postea forensium causarum patronus est delectus, quod Patricij stan- tum viris eo tempore dabatur. Annuo hoc munere nondum perfecto, petitionem iudex XXXIIII. sue etatis anno magno ciuitatis consensu est creatus. Quod cū per etatem consequi non posset, pro eius tam- men ingenij acumine, et modestia singulari, aduoca- tores communis, ad quos respertinebat, censuerūt ad- mittendū. quia quod etati negabatur, id sapientiae, & optime voluntati videbatur concedendū. Factus deinde ordinū præconsultor, qui magistratus ad Se- Pracon- niatū referendi de rebus tantū maritimis ius habet, sutor or- Ut igitur in iudicalibus causis optime se gresserat, dinum. itain

VENETORVM DVCVM

ita in Reip. administratione fuit prudentissimus, rerum forensium ysu summopere adiutus. Defende bant illi temporibus ordinum praconsultores causas, quibus ipsi intercesserant, ad quadraginta virale consilium: ubi cum saepius dixisset, non mediocrem ex eo gloriam est adeptus. Duxit uxorem Mariam Pascolicam: ex qua Ioannem, & Franciscum filios suscepit. Bassanum praeor proiectus, ita se gesit, ut vehementer a malis timeretur, a bonis coleretur, in iure dicendo prudens, & iustus haberetur, & esset. Domum reuersus a principe, & patribus est laudatus. Triremibus deinde quatuor, quae e a tempestate singulis annis Alexandriam mittebantur mercibus honesta, praejectus, ea nauigatione, quod & natura duce ad bene agendum erat pronus, & gloria cupidus, & eius rei satis peritus, eo munere ita functus est, ut omnibus propè, & nautis, & mercatoribus gratus fuerit. illud etiam illi preter cetera Lau-
Petri Lan dem auxit, quod cum nauigationis peritus esset, & disperiti a nauis, quae vehebatur, forte fortuna terra proxima in magno esset periculo primus ipse solus periculum senserit, & rebus quamprimum consuluerit. Aerario deinde praefectus patribus, & omnibus ferè ciubus adeo satisfecit, ut insenatum paulò post sit assitus. Cum iam in omnibus magistratibus, quos ante a gesserat, vir optimi consiliū esset cognitus, & ad rem p. administrandam accommodatus, hinc nauali praeficitur: quippe qui ad eam rem aptus, & iam pridem peritus videretur, quod rebus maritimis non solum interfuerit, sed praefu-

iisset, vbi triremes multas construxit, publica vero
 pecunia magis parceret quam sua, Foras vero materi
 ei causa, quae componendis nauibus erat necessaria
 profectus, & multis laboribus, & varijs defessus in-
 commodum, in grauem incidit aegritudinem, qua cum
 totos quatuor menses laborasset, vix tandem con-
 ualuit. Hoc tempore cum Pannorum regina Vene- Pannorum
regina.
 tias, ut urbem augustissimam inspiceret, & que in
 eas sunt, memorabili spectaret, forte venisset, & ho-
 norificentissime excepta, discendi duas trire-
 mes senatus commodi, & honoris gratia illi decre-
 uit, quibus in regnum reduceretur, & Petrum Lan-
 dam, quod prudens, humanus, & rerum peritus es-
 set, qui eam duceret, misit, qui ita regine fuit
 gratus, ut prater peculiarem eius temporis gratia-
 rum actionem, quoties ex illo regno aliquis se Vene-
 tias conferret, quod illa sciret, Petro salutem dicere
 suo nomine mandaret. Salinarum procuratione ac-
 cepta, quae erat Comitijs demandata, eam Reipub-
 operam nauauit, ut magistratu optimè gesto con-
 struendarum adium augustissimarum, que nunc
 germanis mercatoribus locantur, ei prouincia sit
 commissa, & breui insigne opus perfectum. Decla-
 ratus deinde praeconsultor continentis (que magi- Continen-
stratus cura est) oppidis prospexit accurate, multa tuis precon-
munitiora facienda curauit, usque adeo ut postea in sultor.
 eundem magistratum sepius sit reuocatus. Fauen- Fauentia
 tie deinde preficitur, quae ciuitas paulo ante in Ve- prefici-
 netorum potestatem venerat, vbi cum prudenter, tur Lan-
 & iuste imperaret, & ius diceret, multi ex urbibus dux.

X finitimus,

VENETORVM DVCVM

finitimis, et si eius imperio non cogebantur parere, iustitia tamen, qua clarus erat, nomine commotis ad illum causas suas iudicandas deferebant. In patriam illo redeunte Fauentini eius discessum graui-ter ferentes, quod carminibus, & magnis testati fuerant quarelis, ad Senatum, miserant legatos, Petri Lan quibus ut iterum sua ciuitatis Lando daretur guber-
di diligen natio, cum illis gratus esset, rogabant quod profecto-
ria. nisi leges prohibuissent, fuisse impetratum. Vene-
tias igitur reuersus indicto à Iulio. II. Pontifice ma-
ximo, à Maximiliano Cæsare, & Gallorum rege Ve-
netis bello, exercitus, qui in Flaminia conflabatur
legatus à Senatu est delectus, vbi cum oppida arces,
& omnia loca, ut res postulabat, diligenter tuere-
tur, & auxilia, & comeatum, quoad eius fieri pos-
set, ille compararet, præmia pollicendo illis, qui stre-
nuam Reip. operam nauassent, vbi suspicio militum
persidia esset diligenter inuestigando, tandem cen-
Proditio turionis cuiusdam, & militum eius nomen delatum
militis. est, qui hostibus studebant, & res Venetas prode-
bant, qui statim crimen confessi meritæ sceleris pæ-
nas dederunt. Postea omnibus sibi commissis copijs
Rauennam collectis, milites varijs laboribus, &
quibusdam dimicationibus factis quotidie exerce-
bat, ut cum opera & precium videretur, omnes essent
paratores, & ad pugnandum aptiores, eos promis-
sis, & gloria proposita excitando, oppidis auxilia
mittendo, quemquam exercitus pontificius erat
copiosus, atque fortis, suatamen diligentia tutatus
est, & Reipu. conseruauit. Cum vero mandasset, ut
quidam

quidam milites, qui Fauentiae erant, hostem ex alte
ra parte adoriruntur, eo cōsilio, vt ipse ex altera im Pralium
petum faceret, re patefacta aditus, qua qui Fauen- Venetorū
tia veniebant milites erant transituri, ab hostibus cū pot-
est interclusus, & propterea non est quod volebat tifcijs.
Petrus consecutus, cū hoste tamen aliquamdiu di-
micauit, cum vero se voto frustratum videret, quod
auxilium statutum nusquam apparebat, & fortu-
na magis hosti, quam sibi fauere videbatur, & si
pauciytrinque fuerant desiderati, tamen cum nu-
mero hostium longè maiore vinceretur, Rauen-
nam intra mœnia se recepit, eamq; urbem, & reli-
qua Reipu. loca magna etiam hostium strage forti-
ter defendit. Eo tempore Venetus exercitus, qui in
Abdue Glarea erat, ducum discordijs, qui illi prae-
rant, à Gallis victus est, atque fusus. Quare omnes
Venetorum ciuitates, quæ in Gallia Cisalpina erant
statim fecerunt ditionem. Quo vulnere perculti
patres in Pontificis gratiam redire studuerunt, vt
cum hostes essent pauciores facilius esset cum illis
negocium, mandarunt itaque Lando vt Rauennā,
& omnes alias vrbes, atq; loca quæ in Flaminia ha- Flaminio
bebāt, Pontificio imperatori traderet, ita vt milites ciuitates
& omnia armorum & tormentorum genera reti- deduntur
neret, quod et si facere studuit, hostes tamen non so- Pontificie
lum res omnes, verū etiam magistratus per vim reti-
nuerūt. Nec petro pepercissent, nisi celeriter nauim
concedisset, portuq; Rauennati fuisse egressus,
In patriam reuersus quod prudens, & rei militaris
erat peritus, præconsultor cōtinentis est declaratus.

Ciuitates
Venetoru
Gallis de-
duntur.

VENETORVM DVCVM

quo magistratus sapius fuerat ante a honestatus, & multas ad patres, & graues habuerat orationes, & tunc plures, & grauiores, cum Respu. periculum a- dire videretur. Senatus verò cupiens bello tandem finem imponere, & à tot, actantis molestijs, quibus erat defessus, se liberare, illum legatum ad Cesarem decreuit, qui cum illo de pace ageret, cū proficisci- retur, & iam tridentum peruenisset, ibi recepit Cardinalem Crucensem, qui Caesaris nomine de hu iusmodi pace acturus in Italiam veniebat, quem Landus cum conuenisset, prudentia, & humanita- te sibi, & Reipu. beneuolum, & amicum reddidit, & ad negotia tractanda facilem, ita ut singularem quendam amorem illi Crucensis ostenderet, & de- niq; verbis suauibus, & humanitate est inductus, ut Pacis con pacem faceret ea lege, vt vrbes, quæ Venetis bello ditiones. fuerant ablatae, illis omnes restituerentur excepta Verona, quam tamen aliqua impensa paulò post red dendam se curaturū affirmabat, Quæ conditio et si Reip. aliquam iacturam afferre videbatur, certè fue rat accipienda, vt postea ex his, quæ secuta sunt ma la perspectum est, cum videretur Senatui in care mora fore utilis, & Crucensis Romam deducendus, ubi pacem faciliorem, & meliori conditione futu ram sperabat, Petro mandauit Crucē si suaderet, vt inde discederet, & iter institutum persequeretur, Landi cō- & quanquam Landus per literas Senatum hortaba filium. tur, vt ibi pacem vellet, ubi iam facilem videbat, pro pterea quod Roma per summa authoritat is viros, et Reip. inimicos, qui eā rem postea erant tractaturi, & in

& in sententia, quam initio dixissent, permansuri pacis cōditiones facile turbari poterant, vt postea factum est, tamen in eadem patres opinione prestiti sunt, & illi, vt eadē faceret, rescripsierunt. Is igitur quemadmodū à Senatu mandatum fuerat, Cruensi ut Romam se conferret, persuasit, cum itaque Romæ res ageretur, multorum legatorum ars, vt callida cōsilia paci fuerunt impedimento, & omnes illæ, quæ antea fuerant propositæ conditiones, sunt postea negatae, alijsq; principibus suis diligentes videri cupie- Pacis im- bant, alia q; Venetum nomē habebant odio, alijs alia pedimen de causa pacem, quo minus fieret, impedire conabā- tum. Illa legatione quia multa incommoda percessus est, & molestias, domum reuersus in grauem corporis morbum incidit, quo per multos dies laborauit, cum tandem propè conualuisset, non tamens satis firmus, ad regem Gallorum legatus est delectus, quam Landi & ille legationem cum adbuc esset corpore imbecilli, et gritudo infirmo, nec tanti itineris labores ferre se posse speraret, adire noluit, cum eam vt patriæ dignitas postulabat, obire se non posse intelligeret. Interiecto non legatus multo tempore, cum illum præter eius voluntatē vel proficisci lent patres Romam, vt eodem munere fungeretur, tur. mittere an Pontificem, multa proposita si negaret legationem demandarunt. Romam igitur profectus industria, & naturali quadam humanitate multos Reip. amicos comparauit, pontificem vero ita sibi, et patriæ benevolum, & rerum, quas tractabat, studio sum reddidit, vt quicquid ab eo postularet, id omne facile, & quamprimum impetraret, eo tempore dum.

VENETORVM DVCVM

exercitus Venetus, qui erat apud Vincentiam à Cæsar's copijs faisset victus & quorundam vel perfidia, vel negligentia fusus, ac profligatus, cumq; multi qui antea Venetis se amicos esse profitebantur, se hostes aperte ostenderent, Landi opera, & autho-
ritate Leo Pontifex Maximus, qui Reip. plurimum, & obesse & prodeesse poterat, amicus & longe quam nunquam antea benevolentior factus est. Itaq; cum Ne apolitani regni p̄fectus, contra Venetos cum magnis copijs venturus esset, Pontifex Landi rogatu egit, spe pacis proposita bonis conditionibus, vt retro redierit: qui si forte, quod antea statuerat, perfecis-
set, magnum in sibi periculum Senatus impendere in-
telligebat. Decreuerat eodem tempore Pontifex Hi-
spaniarum decimas Cesari, que illi ad bellum ge-
rendum magno adiumento esse poterant, Lando au-
ctore, qui id patriæ detrimento maximo esse sentie-
bat, si hostis pecunia auctus fortior fieret, decretum illud statim est à Pontifice abrogatum, quin etiam impetrauit Petrus, vt Roma, & in alijs Pontificis locis milites plurimos conscriberet, & Reip. compa-
raret, & cum tantas pecunias, quæ ad stipendiis sa-
tis essent, non haberet, ab eodem vt sibi ex eius æra-
rio decem millia nummorū aureorum suppeditaren-
tur, obtinuit, quod tamen Leo clam fieri, nec aliquo modo a quoquā sciri volebat, vt q; tutius res procede-
ret, Lando non Venetis id concessum statuebat, quib;
pecunijs magnum militum numerum tunc collegit
& remp. quæ misere opprimebatur magnopore suble-
uauit. E allegatione agrotauit sapius, cum initio nō
satis

Leo Ponti
sex fauet
Venetis.

Leo Pon.
adiuuat
Venetas
pecunia.

satis firmus èò profectus esset, nec propterea patrie
 nauare operam destitit, sed dies, ac noctes, quando
 ita res patriæ exigebant, lectica vehebatur ad Pōti-
 ficiem, tandem vero frequentibus & varijs valetu-
 dinis molestijs defessus, & quod cœlum illud sibi no-
 cere sentiebat, Senatum, vt in patriam redire per-
 mitteret, rogare coactus est, quare impetrata Pon-
 tificem discessurus salutauit, & discessus sui causas
 exposuit, qui vt illum vehementer diligebat, quod
 multis argumentis testatus fuerat, ita eius disces-
 sum molestè ferre ostendebat, vt nisi cœlum illi ad-
 uersum esset, eius legationem perpetuanse cupere Roma di-
 affirmaret, tamen sibi gratum esse salutis eius habes-
 cedit. rationem. Cum verò hortatus esset illum Ponti-
 fex, vt aliquid à se peteret, quod libenter id se factu-
 rum profiteretur, rogauit Petrus vt eius patriam,
 quæ vita erat charior, sibi perpetuò commendatam
 haberet, & illi quo ad eius fieri posset, & quoties-
 cunque occurreret, opem ferret, quo nihil sibi grati-
 us esse posse, aut iucundius: cum id se facturum pro-
 mittaret, & instaret Pontifex, vt aliquid aliud po-
 stularet, idem, quod prius Petrus semper rogauit. Petri Lan-
 Illo Venetias redeunte scripsit Pontifex ad Senatū di laus à
 de èò literas, quibus hominem valde laudabat, & ni Pontifice.
 si saluti eius consulendum duceret, se à Senatu di-
 cebat fuisse petiturum, vt illum Romæ et iam inpo-
 sterū esse, si nō Reip. at sua certe causa permitteret,
 & eius consilium, quo saepe in rebus suis usus fuerat,
 sibi utile, & fidum esse sentiebat. Domum tandem re-
 uersus, in collegium decemvirale statim est asitus,

VENETORVM DVCVM.

Landus cui collegio præfuit eo anno sapientia, &
in decem grauitatis nomine clarus extitit. Paulo post guber-
viratum nator vectigalium comitys declaratus, qui magi-
afficitur. stratus summis ciuibis demandari consuevit, adeo
diligentem patriæ operam nauauit, ut in confilia-
riorum collegium, postea sit cooptatus, qui magistra-
tus principi perpetuo assistit, nec quicquam ad sena-
tum referri solet, quod non prius ad hoc collegium
deferatur. Hoc munere perfecto Patavina ei pretu-
ra est demandata, ea Ciuitas tunc sicariorum, &
latronum plena, & à variorum generum aduenis
Landus scholasticis veluti nauis fluctibus vexata, tali guber-
consilia- natore indigebat: Quare Landus urbem ingressus,
rius. his malis occurrentum statimduxit, primum suo
Consilia- edicto pœnam illis statuit, qui arma gestarent, qui-
siorū mu- querixas, & turbas huiusmodi concitarent, eos qui
nus. delinquissent multando, alios admonendo, alios re-
prehendendo, alijs minitando, alios puniendo, illam
audaciam brevi tempore compescuit, nec cuiusquam
amicitia illum commouebat, nec nobilium virorum
authoritas, nec aurum, quo minus iustus esset. Fures
fugiebant Sicarij, & alijs homines perdit, aut ab yr-
be discedebant, aut supplity metu continebantur. Se-
dat is igitur seditionib. ex pulsa audacia quieta cœpit
esse ciuitas, is vero colebatur à bonis, à malis timeba-
Landus tur, ac de eo, qua ille vix optasset, prædicabat, nemo
consilia- bonis amicior, nemo malis infestior. In patria reuer-
sus praconsultor consiliij quamprimū, & deinde con-
ius et praefiliarius designatus: & quod diligens erat, & opti-
consultor. mē consulebat, in dies maiorem laudē, & authorita-
tem

tem sibi comparabat. His temporibus cum procurator in de mortui locum more maiorum aliquis esset diligendus, ille etiam, et si propter etatem est præteritus, multis tamen suffragijs est honestatus, quod alias illi postea sapienter contigit. Mortuo Antonio Grimanico principe, parum abfuit, quin ipse in eius locum sufficeretur. Clavis deinde Imperator designatus summo ciuitatis consensu, propter bellum, quod erat aduersus Casarem in Histriam primum, Landus & postea in Dalmatiam deuectus, quæ necessaria imperaverant illis regionibus paravit, sui commodi oblitus, tor clas omnia ad publicam utilitatem referendo. Corciram sis. profectus sexto triremes Venetas militibus, commeatu, & omni præsidio ferè priuat as repperit. Quod cum prater sententiam illi accidisset, grauius tulit, ac molestius, quam iudicasset, suatamen diligentia effecit, ut paucis diebus instaurarentur, expectans, quotidie à Senatu sibi mandata; ut ad aliquod honestum facinus gerendum illius consilij iussu, & auctoritate proficeretur. Paucis autem diebus interiectis, cum Venetis annona caritate laboraretur, in Siciliam nauigare iussus est. Vnde quam maximam caritas posset, frumentivim in patriam comportandam curararet, quod quanquam propter bellum iam cum Casare inceptum, & quod frumenti exportatio erat vetita, difficile fieri posse videbatur, atque ipse ita ad Senatum scripserat, tamen ut partibus pareret, quod honestissimum putabat, rem tentare est aūsus. Utq; eius Insulæ populos sibi, & Reip. conciliaret, eo tempore, cum occasio permittebat, se illuc

VENETORVM DVCVM

Iudei cuiusdam Pirata persequendi causa venisse dicitur abat, quem antea fugauerat, & tres illius biremes, que in fuga fuerant tardiores cœperat, quod Siculus etiam utile, & gratum fore non ignorabat. Quod Iudeus eorum ora maritima maxime esset infestus. Iis rumoribus excitatis Augustam oppidum Insulæ munitissimum, & frumenti plenum pervenit. Incole, quamvis ad morem gerendum illi erant parati, quod eius aduentū sibi profuisse sentiebant, & Iudeū inde expulsum gaudebant, tamen Casar is edicto pœnis constitutis impediri se asserebant illi eo tempore frumenta vendere, quod sibi ob beneficium ab eo acceptum, molestem esse affirmabant, cum cuperent, quam possent referre gratiam Iterū Lando contendente, et sibi illis opus frumentis dicente, quod commeatus clasi iam deesset, illis qui fruges habebant bono animo esse iussis, arte inducti sunt, ut illi obsequerentur, & magnam frumenti copiam precio tamen constituto, & statim per soluto traderent. Quod Petrus nauigij quibusdam ea de causa Corcira acceptis Venerias portari iusserat, Corciram ipse reuertens ea nauigatione duo ex his nauigij tempestate iactata Idruntam forte sunt apulsa, & frumentis omnibus spoliata, quæ quamquam diligenter tentatum est, ut restituentur, tamen nullo modo haberri poterant. Reliqua nauigia Venerias peruenierunt. Is vero Coreiram profectus cœpit milites, & remiges cum triremibus exercere, ut ad pugnandum, cum opus esset, & celeriter nauigandum parati essent. Classem vero ut necesse videbat

Landi
ars.

bat ad maris aditus disponebat, vbi prædonum periculum esse sentiebat. Itaque eius opera & diligentia nauigationem Venetis, & socijs tutam reddidit, & quam diu mari Imperium tenuit, optimè conservauit. Quæcumque frumenta vnde cunque habere poterat, Venetias misit, multa nauigia que alio fruges deuehebant, cum patria indigeret, in illam ire Landus iussit, impositis militibus, qui mandata persequi copius in pagerent, Si forte mercatores ad alia loca cursum dirigere tentassent. Multis diebus Corcira moratus Senatus mandata expectans, cum diu ibi esse non ovis fore duceret, orientis ore Reip. loca visere decreuit. Zacinthum Insulam primus profectus est, Deinde Naupliam Pellenonessi, Candacem Creta oppidum, vbi quæ necessaria esse cognouit diligenter effecit, oppida & arces comeatu, militibus, & alijs rebus muniuit, socios bono animo esse iussit. Candace Corciram Senatus litteris tandem est reuocatus, vt inde in Apulia expeditionem proficeretur Landus instauratis Corcire triremibus, comeatu & reliquis, quæ necessaria erant ad bellum paratis, Monopolim Apuliae oppidum se primum contulit, vt vel citur, vel deditione eam caperet, quæ ciuitas conspecta classe optime instructa, & Imperatoris fama complacens dedita editionem fecit, vbi positis praesidijs, & magistratibus ritè constitutis satis fecit ciuibus, eosq; consolatus est, qui rei nouitate commoueri videbantur. Quo tempore Nola etiam, ac Pulignanum se dederunt. Quibus eodum modo conrum Brundulit. Inde Brundusium concessit. Quæ ciuitas dusium eisdem

VENETORVM DVCVM

eisdem rebus permot a statim se Lando tradidit. Ha-
bet hoc oppidum arces duas, alteram, quæ mari im-
minet altera, quæ est incontinenti sat is munita: fa-
cta ciuitatis ditione , Petrus ducum suorum con-
silio, eam , quæ continentem spectat tormentis , &
omnibus belli molibus oratione prius eius militibus
inflammatis , fortiter est adortus. Altera vero ijs
conditionibus cum Lando , pepigerat , vt capta illa
quæ primo loco oppugnabatur, se quam primùm de-
deret. Idem Hydrus Calabria vrbis se facturam pa-
cta fuerat, cum igitur Venetus fortiter arcem oppug-
naret, eamq; iam omni defensione ita priuasset , vt
aut se dedere cogeretur, aut omni spe destituta ex-
pugnaretur, Senatus litera Petro sunt redditæ, qui-
bus mandabatur, vt missa ea oppugnatione, Neapo-
lim quam primùm in auxilium Gallorum Regis na-
uigaret , cuius exercitus ea tempestate eam Vrbem
Duce Lutrecio oppugnabat. Petrus, quamquam eā
oppugnationē inuitus relinquebat , cum ad exitum
iam res deducta esset, tamen pluribus eodem exem-
pli literis acceptis , Senatui, vt aquum erat, paren-
dum statuit. Sed quoniam clas̄is comeatu indige-
bat , Corciram prius venire necesse fuit, quod iter
tribus diebus factum est, ibi comeatu, & alijs, quæ
clas̄i necessaria videbantur, celeriter comparatis,
mandata patrum est executus. Neapolim itaque
profectus Vrbem obsidere cœpit , & tormentis cre-
bris oppugnare , cum ex altera parte Gallorum ter-
restris exercitus adesset. Iis laboribus defessus in gra-
uem corporis ægritudinem incidit , nec tamen offi-
cio deerat.

Landus
Neapo-
lim pro-
ficiuntur.

cito deerat, omnia ut sciret curabat, quae agenda erant, statuebat, nec nullum vita periculum adire recusabat, ut quod ei rei vtile esset, perficeret, & urbem si fieri posset caperet. Multis diebus in ea ob-
 sidione consumptis, comeatu indigere caput, quem
 quamvis Petrus Pisaurus Venetorum Legatus apud Lutrecium pollicebatur aliquo se modo suppeditatu-
 rum, nunquam tamen quicquam effectum est. Is vero quanquam alienis regionibus res agrefiebat,
 tamen in dies sua diligentia classi commeatum, &
 alia, quae opus erant, comparauit. Itaque milites suos Reip. conseruauit, et si Gallicus exercitus fame
 vehementer laborabat, & propterea etiam peste, &
 alijs morborum generibus, quotidie adeo corrumpen-
 batur, ut viginti millia hominum, & amplius in-
 terierint, atq[ue] etiam Lutrecius imperator exerci-
 tus, & multi alijs duces Gallici sanguinis insignes
 obierint. Ea tempestate Andreas Doria, qui regis
 stipendia sua classe, quae sexdecim erat triremium,
 merebat, a rege descivit ad Cæsarem. Quare Lan-
 dus, & reliqui Venei Duces, inopinata illa de-
 fectione, & foeda peste commoti, Neapolis obsidio-
 nem soluere constituerunt. Sed cum Gallicam classem neapolis
 sem bellis sociam, quae duodecim triremium erat, ser-
 uare cuperet, & Doria ad Isciam Insulam, ut Galli-
 cas triremes caperet, se recipisset, illam suis trire-
 mibus sunt comitati, donec tutò in patriam redire posse existimatunt. Nec timuit Landus Doria classem,
 et si numero nauium sue equalis esset, & rei
 maritima ille haberetur peritisimus, & ad redi-
 tum

VENETORVM DVCVM

tum sibi occurere posse existimare poterat. Ea nauigatione quamuis serò omnia facta sunt propter Gallos, qui quædam prius scire volebant, quam discederent, quod nisi factum esset, Doria fortasse aliquid mali esset passus. quoniā Lindus in Prochytam insulam, quæ in Tusco iacet mari, antea nauigare, & eum præuenire destinarat, tres tamen biremes, Doriae classem sequebantur sunt capte. Quod fuit valde gratum Gallis ducibus, regi gratissimum, & ab eo valde laudatum, ut ad Senatum scripsit Sebastianus Iustinianus apud regem tunc legatus. Cum retro Landus cum classe reuertetur nauim ingentem, & duo nauigia minora frumento, & rebus bellicis honesta cepit, in quorum altero erant trecenti Hispani, qui in Libiam mittebatur. Ea preda fuit opportuna, & classi valde accommodata, cum earum rerum eo tempore indigeret. Adueniente Hyeme cum non amplius classe esset opus decimo octauo mense sui Imperij Petrus in Patriam ex Senatus consulo est reuersus, cum optimi Imperatoris officio functus esset, præsertim quod classem conseruauit, milites, & remiges in officio semper continuit, nec in socios ab illis quicquam iniuste factum est, nec inter se furtum, aut illud scelestum facinus perpetratum, mare à prædonibus ab eo liberatum, & tutum conseruatum, quousq; ille imperavit, ita quod nullum nauigium est amissum, nec mari, nec terra, quò ille profectus est, quicquam detrimen-ti Respub. capit. Hoc nomine igitur Venetias reuersus, domi ad Reipub. gubernationem estreuo-catus,

Landus
capit bi-
remes.

Landi
authori-
tas.

tatus, cum foris illam sapienter administrasset. & quoniam triremum, & rei maritima peritus vere censebatur, & satis exercitatus, nauali est praefectus, vbi ut erat omnibus in rebus curiosus; ita quod erat sui munera est diligenter persecutus. His temporibus Patauina ciuitas in magnam scelerum omnium licentiam est deducta, & quotidie malum videbatur augeri, idque ex penuria rei frumentariae potissimum nasci putabatur, adeo ut plebs fame & furore concitata annonam, & reliquas fori merces depopulari coepit. Quare magistratus ad Senatum dederunt literas ut tanto periculo occurseret, & ciuitati, quæ huiusmodi morbo laborabat, quam primum mederetur. Lando itaque cum Laudus ad id idoneus esset, & ab illa Civitate vocaretur iterum prætura iterum demandata est, pœna statuta si prætor, prouinciam suscipere negaret ea lege, ut decem diebus præteritis Patauine esset, quo citius periculo occurreretur. Et quoniam res difficilis esse videbatur, præter lictores, qui prætoribus dari consueuerunt, sexaginta milites illi pro corporis custodia sunt additi, data pecunia pro stipendio. Patauium igitur statuto tempore à Senatu ingredienti magnus ciuitatis applausus factus est, summis adolescentium, & puerorum, et omnis etatis hominum vocibus, iustitia & pauperum patrem illum appellantium, ramos arborum gestantium prælatitia, omnibus ferè ciuibus obuiam honoris gratia profectis, & benignè prætorem excipientibus. Is statim ciuitati caput prospicere; quæ necessaria erant statuerè.

VENETORVM DVCVM

reifrumentaria', qui mali potissima causa videbatur, consultum est, fures, & sicarij fugere, omnium propè malorum hominum cessauit furor, itaque ciuitas quam primùm quieta facta est. qua in re praeter præclaras actiones suas, optimo suo nomine, quod Landi no clarum erat, est valde adiutus, tantum potest viri men. grauis authoritas. Cum itaque ciuitatem in summum ocium reuersam vidisset, cum ad huc sine vicario, & iudice rerum capitalum esset, quos propter celeritatem profectionis parare non potuerat, vt patriæ ari parceret, cum in eo non opus esse intelligeret, milites non conduxit, pecuniam acceptam eo nomine Reip. restituit. Hac prætura præter iustitiam quam prætulit in rebus iudicandis, in frumentorum procuratione prudens, & pauperum studiosus merito est existimatus. Magnam frumenti copiam diuitum avaritia absconditam, suo diligentia inuenit, & vendi iussit, præter reliqua memoria digna prudentiae exempla, quidam ciuis, qui frumenta se habere dissimulabat, cum tamen multa abscondisset à prætore amicè inductus est, vt annulum, quem gestare consueuerat, sibi spectandum daret, quoque domum diuitis clanculum misso, vt fidem facret, quasi ab illo mitteretur, qui gestare erat solitus, non paruam frumenti copiam per lictores à diuitis ministris impetravit, redditio annulo diues reprehensus est à prætore, qui cum posset egenti non ferret opem ciuitati. Quamobrem cum per vniuersam Italiā summa annonæ esset caritas, eius diligenzia factum est, vt Patauium, quod miram videbatur,

tur, frumentis pro temporis iniquitate abundaret.

Petro Patavij adhuc ius dicenti cum prædones səpi- Petrus Lā
us mare infestarent, & Turcicæ clæsis, quæ conflati dus impe-
dicebatur, etiam timor fieret, maris imperium est rator.
iterum illi mandatum pœna statuta, si negocium re-
pudiasset, cum re vera propter aduersam valetudini-
nem, qua sape affligebatur, id onus subiret inuitus.
In patriam itaq; propterea reuocatus à plurimis ci-
uibus Patavinis est deductus, magnis populi vocibus
illum laudantis, ac iustitiae, & pauperū patrē appelle-
lantis. Dū classem Veneti parant Daniel Rainerius
diui Marti procurator diem suum obiit, & in eius lo P. Landus
cum Landus est suffectus, dum autem classi toto ani Procura-
mo incüberet in grauiorē morbi incident, vñq; adeo,
vt de salute eius sit valde dubitatū, quamobrem nō
potuit quod statuerat reip. officium præstare, in eius
propterea locum alter est delectus, qui maris impe-
rium susciperet. Cū diu agrotasset tandem conua-
luit, ad gubernationē præcōsultor factus, rediit pro-
curatorio muneri etiam incubens accurate, cum au-
tem Andreas Grittus princeps deceſſisset, Landus Petrus Lā
magistratibus domi foris q; optime gestis clarus, in dus pri-
demortui locum summa ciuitatis suffectus ceps.
est X I I I . Cal. Febr. etatis vero sua L X X V I I .

HIC propter bellum, quod cum Solimano Turca-
rum rege iam pridem gerebatur, imperiū incommo-
dorum, & molestiae plenum suscepit, eo anno cū Dra-
gutus Rāis Turcico sanguine pirata classem satis fir- Dragutus
mam haberet ad Ericusæ aquas, & quacunque na- Plarata.
uigia per id mare transentia inuadaret, id sensit

VENETORVM DVCVM

Franciscus Pascoligus Veneta classis praefectus, qui Corcira erat, quinto itaq.₃. Idus April. triremem illic explorandi potius, quam pugnandi causa misit, ut si quid inde periculi imminenteret, Reip. consuleret. Cum vero praefectus triremis istius ira ad hostem ac cessisset, vt tormentis illum petere ausus fuerit, cūq;₃ ad classem quæ Corcira erat, postea redire properaret, antennæ ventorū vi sunt fractæ, quare ab hoste paruo negocio captus est. Postridie eius diei Pascoligus mane oriente sole, quatuor triremes eodē præterea misit, quibus praerant Hieronymus Zanus, Marcus Carolus Contarenus, Franciscus Grittus Veneti, & Antonius Vitalis Pharianus, quæ à Pirata tanto impetu sunt repulsa, vt proximo litori appellere sint coactæ, qui in illis fuerant omnes fuga sibi consulentes seruati sunt, prater Grittū, qui cum duabus triremibus captiuus ductus est, reliqua igne ab hoste injecto sunt cōsumptæ, qua de re certior factus Senatus cum antea Gasparem Picionum cum centū & quinquaginta militibus Catharū mittere decre uisset, quos ille iam quatuornauigys imposuerat, statim sententiam mutauit, & re noua admonitus nō um consilium cepit: Illum igitur non Catharū amplius, sed Corciram maiore quodam nauigio cū militibus nauigare iussit, quo ea ciuitas per ea tempora tutior esset. Hoc ipso anno fuit summa annona caritas non solum agrorum sterilitate, quæ fuit per vniuersam ferè Italiam, verum etiam quod cum mare esset clausum propter bellū, frumenta nec aduehi ex Asia, poterant, nec à Carolo Quinto Ro. Imperatore, qui societa-

Caritas
annonæ.

societatem cum Venetis eo bello inierat, et omnis gen
 neris annonam, & alia omnia, quae vellent ex suo re
 gni pollicitus fuerat, suggesti poterat, cum ea quae
 habebat non sibi sat is esse viderentur. Quare cum ea
 calamitate ciuitas premeretur, & socij eodem malo
 laborarent, Senatus Laurentium Grittum Andreae
 defuncti Ducis filium ad Solimanum misit, ut cum eo
 de pace ageret, isque potissimum propterea missus
 est, quodcum Bizantij natus esset, ibique a puero edu
 catus, Turcarum mores, & ciuitatis illius instituta
 optime nouerat. Is statim profectus, et si pacem per
 se non impetravit, illud tamen obtinuit, ut eorum postea
 Veneti Thomam Contarenum Legatum mitterent,
 qui de eare maiore authoritas ageret, sed antequam
 hic proficeretur, Grittus premissus est, qui Solyma
 non nunciaret Venetorum Legatum breui affuturus.
 His temporibus cum Veneti in eo bello Paulum Ter
 tium Pontificem Max, & Carolum Cesarem habui
 sent socios, oppidum in Dalmatia Castrum nouum no
 minatum Turcis ademerant ea lege, ut oppidum Ve
 netorum esset. Casariani vero milites cum simul cum Hispano
 Venetis oppidum ingressi essent, illudque de popula
 ti, superbia elati, & auaritia capti, inuaserant Ve
 netos, & opima præda spolauerant, quodcum ani
 maduerisset Vincentius Capellus Veneta classis
 Imperator grauiter, molestaque tulit, cum vero mul
 tis verbis cum Andrea Doria Casariana classis Impe
 ratore rem indignam esse affirmans, & prater socie
 tatis fidem conquestus esset, nihil profecit, cum yr
 bem petisset, ut Venetorum nomine custodiret, se de

VENETORVM DVCVM

xit velle periculoso tempore tueri , promittens postea traditurū , tria millia Hispanorū præsidū introduxit , qui Casaris nomine oppidū custodiret . Oenobarbus vero , qui eo tempore Turccia clāssi imperabat , eā ignominiam agre ferens quod se maris imperium obtainente , Solimanus huiusmodi oppido priuatus esset , cum magnum postea militum numerum vndiq; cœgisset , urbem terra , mariq; , cinxit , & oppugnare capit , diu vario Marte pugnatū est , plurimi ex Turci sunt ea oppugnatione desiderati , tandem Hispani et si virtute erant superiores , numero tamen sunt victi , oppidum igitur amiserunt , & cum ingenitem hostium numerum occidissent , ipsi omnes ferè sunt interfecti . Hoc tempore Vincentius Capellus , qui clāssi præerat , cum in grauem agritudinem incidisset , Senatus consulto reuocatus est , & in eius locū Thomas Mocenicus suffectus . Contarenus vero qui delectus fuerat legatus , BiZantiū est profectus , cū Solimano de pace acturus , dum autē in itinere esset Venetas allatum est Laurentium Grittū , qui BiZātij illum expectabat , Epidimia morbo correptum diem suum obiisse , qui vt erat vir summi ingens , & Reip. valde utilis , ita vniuersam ferè ciuitatem magnō moriens mōtore affecit , præsertim quod eo potissimum tempore mortuus esse videbatur , quo patria eius opera maxime indigebat . Interea Vasti Marchio , Dux in Italia eo tempore insignis , qui Mediolano præerat à Cesare Venetas missus est , vt Venetos in societate retineret , timens , quod in animo bubebant , & iam decreuerant , ne pacem cum Tur-

Castrum
nouum
captum.

Thomas
Moceni-
cus.

Laurentij
Gritti
mors.

cū facerent, venit prætere a vir magna authoritat is
 à Franciço Gallorum rege missus, vt eos, si fieri
 posset, in societatem suam asciceret, vt mos est re-
 gum sapientiſimorum, qui tunc res suas tutas esse
 verè existimant, cum cæteros principes, & claras
 Repub. sibi fauere sentiunt. Ambo honorificent iſi-
 mè sunt excepti, vt à Venetis fieri consueuit, sed
 cum aliquot dies Venetijs effent morati, discesserūt,
 nihil alter contra alterum adepti. Thomas vero Cō-
 tarenus, quem Bizantium proiectū diximus, vt de
 pace tractaret, domū rediit re infecta. Castro nouo
 itaque ab Oeneobarbo in Turcarum potestatem re-
 cepto, vt retulimus: Gaspar Picionus, quem iussu Se-
 natus Corcyram venisse diximus, ab Alexandro Cō-
 tareno clavis praefecto, & Stephano Theupulo, qui
 tunc Corcyra præerat tribus triremibus, cum suis
 militibus Zacynthum missus est, vt oppidum illud
 tueretur. Interea Veneti nihil, quod ad pacem per-
 tineret, prætermittebant, miserunt itaque Bižan-
 tium Aloysium Baduarium Legatum non sine mu- Aloysius
 neribus ad Solimanum, vt si fieri posset, pacem confi Badua-
 ceret, quæ multis diebus intrrectis tandem ea condi us.
 tione facta est: vt Veneti Epidaurum, et Naupliam,
 quæ in Peloponesso sunt vrbes, Turce admitterent,
 quod propterea factum est, vt populo Veneto, & om-
 nibus ciuitatibus, quæ Veneto parent imperio, quæ
 penuria & bello laborabant per eæ tempora, consule
 retur: Ea Hyeme, qua hac Bižatij per Baduariū age
 bantur, magna pauperū hominū multitudo Buriano
 Torcello, & alijs locis suburbanis Venetias famis

VENETORVM DVCVM

causa confluxerat, multipatres familias, cum coniungibus, & liberis insidentes cimbis dies ac noctes vitam trahebant à pretereuntibus victum querentes, ad misericordiam ciuium confugientes, cum omnis reliqua alendi se ratio iam defecisset, quare comoti patres (quæ charitas Venetorum est) id hominum genus omne ad diu LaZari Xenodochium misserunt, & publico sumptu, quo usque ea fuit calamitas pascendum curarunt. Huc accedebat ducis clementia, & summa charitas, qui in omnes, & pauperes prasertim semper optimo fuit animo, & sua apud patres hortatione & autoritate plurimum proficiebat, cum vero pauperibus ita Veneti consuissent, eorum res quoque fœlicius in posterum successerunt. Secundo Petri Landi ducis anno Carolus Casar ex Germania in Italiam venit exercitus satis firmo, cuius aduentu multi rebus suis initio timebant, sed cum eius consilium cognitum esset, Italia omni metu liberata est. Huic Veneti quatuor legatos honoris causa misserunt, constructis illi in Veronensi agro eorum iussu super Athesim amnem pontibus, qui prater multorum opinionem ex Italia statim discessit in Hispaniā Andrea Doria etiremibus deuectius, ubi cum ingente classem parasset, exercitumque fecisset firmorem, in Africam traiecit, vt ea oppida maritima, in qua Pirata recipiuntur, & Hispaniā sèpe vexant, & per id mare transeuntes christianos homines sèpe prædantur, si fieri posset caperet, & negotiatores nauigates huiusmodi periculo liberaret. Sed fortuna, quæ reluis dominatur, optimo cōfilio ad uer-

Venetoru
charitatis
in paupe-
res.

Carolus
Casar in
Italia.

Versata est, nam cū iam Africæ litori appelleret, tē-
 pestas statim orta est, qua diu agitatus amissis vnde
 cim triremibus, & alijs nauigij multis, in Hispani-
 am se recipere coactus est. Proximo vere Venetijs nū-
 ciatum est Solimanum classem ingentem compara-
 re, nec quo illam missurus esset, satis erat explora-
 tum, illud tamē quod res erat, omnes existimabāt,
 cum Carolum Cæsarem hostem haberet, eo bellum
 conuersurum, alijs aliud timebant, patres vero, & si
 cum Sōlimanō pacem habebant, tamen ut reb. suis
 consulerent, satis firmam Clāssem ipsi quoq; instrue-
 re, & suo tempore emittere statuerunt, cui p̄fēce-
 runt stephanum Theupolum virum optimum, & sa- Stepha-
 pientissimum, & qui superiorē bello cum Corcyra nus Theu-
 p̄fuisset, & fortiter se gesserat, & illud oppidum pulus.
 ab Oenobarbi Turcica Clāssis Imperatoris impetu
 Reip. conseruarat, qui accepto imperio mare diligē-
 ter tutatus est, piratas multos cepit, quos Vscoscos
 nuncupant, qui ex Dalmatia quibusdā montib. &
 locis difficilibus erumpentes, in eos, qui id mare trā-
 seunt, impetu facere solent, spoliare, interficere. Eos
 itaq; Stephanus oēs, qui capti fuerūt, laqueo cura-
 uit suspendendos, pr̄ter puerū quendā, qui per etā
 tē visus venia dignus à morte est liberatus. Turcia
 ta Clāssis Liparam Insulā, & alia quadā Cæsaris
 toca, & nauigia parua crudeliter predatā, & Massē
 liam vsque transuicta, cum tamen nihil quod lande
 dignum foret, effecisset, tandem BiZantiū reuersa
 est Theopolus etiam tuto iam mari Hyeme adue-
 niente Venetias à patrib. reuocatus est, fuit postea

VENETORVM DVCVM

Paulus
Pontifex

ciuitas quieta reliquo Landi tempore, & quanquam ardebat bellum inter Cesarem, & Franciscum gallorum regem, & ab utroque legationib. & promissis solicitabatur, nullatamen illorum conditione accepterunt, quod consiliū Paulus Pontifex maximus etiam securus est, ut neutrā partem sequeretur, et si uterque illum sibi studere iudicabat, hinc factum est, ut Italia satis quieta fuerit. Sexto Landi anno magistratus auditorum nouissimorum primo deligi coepit, quibus minores peregrinorum causa committuntur iudicande. Castrum, quod apud Venetū portum illius tempore captum fuerat, magna ex parte edificatum est. Is vero cum annos sex, menses nouem summa fide, & patria charitate Reipu. praedicti Petri Lan fuisse III. Id. Novemb. diem suum obiit. Eius funus ad Gemellorum eadem frequens ciuitas extulit: Laudauit pro concione ad populum more maiorum Michael Barocius vir prater generis nobilitatem, Philosophie, & liberalium artium cognitione insignis, Ipse ad Antonij fanum situs est: Cuius sepulcrum marmoreum, Iustitiae fortitudinis, ac prudentiae simulachris ornatum in facello Dei parvæ virginis absente viuente non procul à Ianua Templi maxima constructo. ac dicato, conspicitur. In de mortui locū Franciscus Donatus humanitatis eximia vir, & amoeni ingenij, & ad promerendam ciuium suorum gratiam comparati, Octouo Cal. Decembris sub vesperam, mira omnium consensu princeps declaratur.

VITAE

VITAE SERENISSI-
MORVM PRINCIPVM VE-
NETORVM.

FRANCISCI DONATI,
MARCI ANTONI TRIVISANI,
FRANCISCI VENERII,
LAVENTII PRIVLI,
HIERONYMI PRIVLI,
PETRI LOREDANI,
ET
ALOYSII MOCENIGL.

PER HEINRICVM KELLNERVM
PATRITIVM FRANCO-
surtensem.



Z 5 FRAN.

VENETORVM DVCVM
FRANCISCVS DONADVS
DVX. LXXVIII.



1545.

Mortuo Lando, ciuitas Franciscum Donatum,
virum eloquentē, ducali dignitate honorauit.
Sub eius principatu Guidobaldus Vrbini Dux à Se-
natū Reip. copiarum gubernator constituitur, Ve-
netiasq; accersitus, Imperatoria insignia, in aede
D. Marci, per magnus principis, magno vniuersi
populi applausū & congratulatione, more maiorum
illī tradita sunt.

Carolus Aurelianensium Dux, Francisci pri-
mi Gal-

Gallorum Regis filius minor natu, qui ad liberandum patrem, ob sidis loco, cum fratre Francisco, in Hispaniam, missus erat, ibidem immatura morte extinctus est: Eum non nulli veneno sublatum credidere: Eiusq; obitus nouis tumultib. inter Carolum Cæsarem et Franciscum Regem causam dedit

Carolus
Aurelian:
Dux mo-
ritur.

Hac etiam tempestate Cenetenses ad Senatum de Cardinalis Grimani ipsorum Episcopi insolenti at q; iniusto imperio questum venerunt, Venetamq; clementiam implorarunt: Quæres Patres mouit ut Ceneta temporalis dominij ius Cardinali auferent, & ad se, (sicuti centum ab hinc annis in libera Senatus potestate fuerat,) reciperen. Comitys igitur eam ob causam habitis, Iacobus Surianus prator Ceneta creatus est, qui ingenti illius populi letitia & aplausu, nomine Senatus Veneti, in ea ciuitate administrationem suscepit. Cardinalis Grimanus inde vehementer commotus ad Pontificem quærelam detulit, Venetosq; grauiter accusauit, effecit q; vt tandem Veneti in Pontificis gratiam, abrogato priore Decreto, Cardinali pristina iura Cenetensium restituerent, et si non diu e a voluptate potitus sit, nam paulo post restitutione impetratam è vita excessit, vir secularib. quam sacris rebus aptior. In ipsius locum Michael à Turre Utinensis Ceneta episcopatuム adeptus est. Mapheus Bernardo vir patritius, qui Mapheus opib: & fortunis primus in ciuitate erat, maximaq; Bernhar- in omnib. totius orbis emporijs negotia tractabat, p. Maiesta- duelliōis reus eo tempore publicè proclamat us est, et o- tis Reus. Clidū illi constitutū, ad obiecta sibi crimina diluēda:

Verum

VENETORVM DVCVM

Verum ille, iudicium declinans, cum duob: famulis ex vrbe profugit, & Rauennam sese contulit, Inde q: per insidias educitus, à trib: sicarijs crudeliter iugulatus cadauerq: eius Venetias delatū est. Nec tamē id factum Senatui adeo placuit, quin præmia etiam publico edicto, ijs promitteret, qui cædis in Bernhardum commissa authores nominassent: Compertum igitur est virum quendam militarem et facionorosum Campanam nomine à duob: fratribus, ipsius Maphei ex sorore nepotib: (quod viri locupletis & cui ab intestato proximi essent successionem appaterent) ad hoc conductum fuisse de quib: eam ob causam supplicium postea publicè sumptum est.

*Henricus
Britan-
nia Rex
moritur.
Ei succe-
redit E-
duardus
6, filius,*

Obiit per id tempus Henricus Britanniæ rex, cui eduardus filius, pubertatis annos nondum egressus, in regno successit. Eam ob causam dominicus Bollanus orator à Senatu in Britanniam mittitur ad vtrung, mæroris scilicet ob defunctum patrem, & congratulationis propter deuolutum regnum, munus obeundum. Concessit itidem fato franciscus Galorum Rex eius nominis primus, (cuius apud alios Duces in hac historia crebra mætio facta est) illi successit Heinricus filius, eius prænominis secundus, ad quem Senatus Venetus suos quoq: oratotes ablegauit, Math: Dandulum equitem, & Victorem Grimanum procuratorem. Similiter ad Vrbini ducem amicum Reipub. principem Fridericus Baduarius Singulari virtute iuuenis missus est, ad eum consolandum ob vxoris pudicissimæ immaturæ mortem.

Dum autem his legationum officijs Veneti occupantur,

piantur, Carolus 5. Imperator, in Germania aduersus Lutheranos, seu potestates ut vocant, graue Bellū Germanicum ducit. Sed Ioanne Friderico Saxonie electo-
 re, & Philippo Hassia Landt grauiio in Cæsaris potestate aduersus statem redactis id bellum sedatum est: Petrus Aloys potestansius Farnesius, Pauli 3. pontificis filius, Placentia, res.
 (quam urbem totumq; Ducatum patris auxilio Tyrannice occuparat) Anno 1547. decimo die Septembris suis ciuib: occulta conspiratione facta, trucidatur, homo sceleratus, & qui sauitij & libidinib: omnia turpissime fedaret. Is Paulo antequam occideretur Victoriam filiam Guido Baldo Vrbini Ducis nuptiis dederat, & Octavium filium cum Caroli Cæsaris filia notha matrimonio coniunxerat. Tumultatem vero ob Farnesij necem Placentiam Ferrandus Gonzaga, qui tum imperatoris nomine Mediolanensis praerat, praesidio firmavit, & eam in tutelam suam accepit. Ferunt Paulum pontificem crudelē hanc filij necem, forti & constanti animo tulisse, quamvis illum vnicè dilexisset, & per literas quocunq; admonuisse (ferunt enim Paulum 3. non solum Astrologia sed etiam Necromantia non fuisse ignorarum) ut à decima die Septembri sibi caueret astra enim prænunciare ei cladem aliquam insinem. Stephanus Theupulus cum amplissima potestate legatus à Senatu delectus in continentem propositus Theupulus. Imperij diligentissime inuisit, & in illis multa ad publicum decus et securitatem prudenter constituit. Lustrumq; ab eo conditum est, quo in totius Venetiæ

VENETORVM DVČVM

Venetæditionis finibus censa sunt hominū capitæ centies centena, quadringenta octuaginta sex milia, quorum à vigesimo usq; ad quadragesimum annum, qui bello apti essent, supra ducenta fermè armatorum millia numerata. Laurentius Medices, qui Alexandrum primum Florentia Ducem, agnatum suum, liberatis studio, in cubiculo obtruncarat, ipse quoq; Venetijs in angiportu ad D. Thomam Aedem à quopiam interficitur. Ingentib. postea copys Soliman- Solimannus Turcarum Imperator in Persiam adueni- nus Tur- sus Tamasum regem profectus est, sed quoniam mul- ca in Per- ta loca arida & inculta illi conficienda fuere, tan- sian exer- dem commeatus in castris deficere capiit, & ad fa- citum du- mem pestilentia accessit, ita ut Solimannus fugien- cit. similis è Persia Constantinopolim redire coactus sit, exercitu suo multum debilitato.

1548. Prodigia etiam noua hoc tempore mortales ter- ruerunt, nam locusta rubentes magnis agminib: ab oriente per Illyricum in Italiam aduolarunt, immen- sag, & incredibili erodendi rabie non solum segetes, satag, ab illis absumpta sunt, sed & prata & fron- dosa arbores occissime toto foliorum honore exuta.

Terremo- Tremuit etiam in Hetruria iuxta Florentiam
tus in He Mugellus ager, ad Apennini radices situs, qua Sevia
rruria. fluuius decurrit cultu, amenitate, & frequetia nulli
 secundus: Noctuq; circa astrium Solstitium eater-
 remotus clades accidit, Scarpariaq; oppidum penè
 totum prostratum, tellusq; magnis hiatib. patuit,
 cum ingenti vtriusq; sexus hominum, et brutorum
 quoq; animantium strage & interitu. Tres summi
 inn Gallia

In Gallia principes Guisianus, Vandomius, & Amralius è Taurino, (qua pedemontij ciuitas est) Venetias, spectande vrbis gratia, venere. cultiq; sunt omnes magnis honorib. & publico excepti hospitio. Veneta classis dum piratas toto mari insectatur Saba Raim pradonem scutissimum capit, Eum postea Laurentius Amulius, Veneta classis praefectus, clam occidendum curauit. Solimannus autem id factum grauissimè tulit, eamq; necem armis se vlturum palam affirmabat, ni sibi Amulius traderetur, itaq; ad mitigandam eius iram Senatus censuit Amulum, dignitate obrogata, in vincula coniiciendum esse. Missaq; a Senatu sunt qui id Decretū exquerentur, sed ille re prae cognita, & classe in Illyricore relicta, in alienam terram aufugit, absens nihilominus damatus est. Triremis Hierosolomytanæ religionis, à Draguth archipirata impio, iuxta Sansinum promontorium capitur, præda oppulenta illic inuenta rerum et hominū qui in ea vehebātur. Ac sub id tempore Philippus Caroli Cæsaris filius, Hispaniarū princeps in Italiam venit, atq; è Balearib. insulis nauigans fœda tempestate aliquando diu iastatus est, do- nect tandem Genuæ incolumis appulit, inde Mediolanū se conferens, ubi ei Federicus Badoarius Veneto rū legatus occurrit, eum publico nomine salutat cibariq; & preciosa ferculorum condimenta offert. Inde ponte super Athesin fluuiū cōstructo, ex Mediolano Mantuaq; Tridentū & hinc per Germaniā in Flædriā trāsīt. Guido Baldo Vrbini duci vxor infante masculū peperit, quare patres Iacobū Superatiū inuenētū

VENETORVM DVCVM

iuenem, multis dotib: ornatum, illi gratulatiū cun-
munerib: misere : Illa postea ad agendas Senatuū
gratias insigni matronarum comitatu Venetias
accessit, cui Donatus princeps cum Senatu in Bu-
centaura Naui obuiam prodijt, exceptaq; est à pa-
tritijs fœminis eleganti forma & corporis ornatu
exquisitissimis , & ad Lippomanas ades , in Dilue
Mantua
Dux Fer-
dinandi
Ro: Regis
filiā vxo-
rem du-
cicis
Fuscarvico, triumphali applausu deducta. Francis-
cus Gonzaga Mantua Dux Catharinam Ferdinan-
di Romanorum regis filiam ijs dieb: in matrimoniu
duxit, ad quem & Herculem patrum ipsius Car-
dinalem, Paulus Theupulus, Stephani filius, à Sena-
tu gratulatum missus est. Ad eas autem nuptias
celebrandas Ferdinandus Archidux Austriae, Bauariae
princeps Albertus, & Cardinalis Tridentinus alijq;
complures viri principes & homines illustres ex
Germania Mantuam conuenerant : Qui postea,
(loci vicinitate affecti) Venetias accedere statuēre,
Iamq; ciuitas in ipsorum aduentum erecta festos
triumphalesq; apparatus summa cura instituit, ni-
hilq; omissum est quod ad ipsos magnificentissime
excipiendo parari posset, Verum dum ciuitas to-
Paulus 3. tain eo studio est, subito nūciatur Pauli Tertij Ponti
Pontifex fics mors, que omniaturbauit, Principes enim Ger-
manitur. mani in Germaniam properantes Venetias non ve-
nerunt, Sanctuitamen ab ipsis de tam insigni ap-
paratu ingentes gratiae per literas acte sunt. Ro-
mae Cardinalis de Monte natione Aretinus , ex
oppido cui Montis S. Sabine nomen est, Pontifex
elegitur, & Iulij Tertij nomen sibi sumit : Ad eum
Senatus

Senatus quatuor oratores misit, qui illi publico nomine gratularentur, & eum vt Pontificem adorarent, nempe Philippum Thronū, M. Antoniū Venerium, Franciscum Contarenū & Nicolaū Pontiū Iurisconsultū & equite. Decreuit tum temporis Res pub. Veneta Pisceriam, nobilissimum oppidum, ad Piscieram Mincij caput situm, vallo, fossa, ac propugnaculis munire, praeſtitaturq; ei operi Stephanus Triuſanus vir industrius, qui id breui tempore perfecit & eum locum quasi inexpugnabilem reddidit. Maximiliano Austriaco Ferdinandi Romanorum Regis Filio, tum Italiā petente, vt in Hispaniam proficeretur, Thomas Contarenus obuiā missus est, vt eum per Venetos fines deduceret, Mantuanū comitaretur. Octauius Farnesius qui pro Romana Ecclesia Parmam tenebat, dominium vrbis ipse occupauit & Gallos intra mœnia admisit: Quare Pontifex ira percitus ad vrbem Ecclesia recipiendam arma comparauit, euocatis quoq; in auxilium Caſareanis copys, diuq; vrbis circumuallata & opponata est, Octauiano cum Gallis se strenue defendentibus, ita vt tandem Pontifex obſidionem relinqueretur coactus sit. Et quum Venetis tum nunciatum esſet Solimannum Turcam ingentem classem parare, eamq; breui in altum est Bosphoro proditurā, Veneti & ipsi rebus suis proſcientes ad tutandum na- uali apparatu maris Imperium conuerſi sunt, eius rei Imperio Stephano Teupulo, qui tum Patavij praator erat, commiſſo. Corcyra quoq; ne ea in tanto Turcarum motu in custodita maneret (quoniam

VENETORVM DVCVM.

insula gratia Veneti præcipue solicii erant) Aloysius Grittus legati nomine eò mittitur vnaq; mercennariorum militum ingens numerus. Classis autem Ottomana in altum euecta, sub imperio Corchuzij, ad Melitani insulam, quam Rhodo amissa Hierosolomytani milites nunc habent, cursum direxit & ea vndiq; vastata abiit, & in Aphricam celeriter transmisit Tripolim urbem terra mariq; aggressa, resistentib. fortiter Hispanis, tandem tamen oppidū Tripolis à vi à Turcis capitut, & ita victores, appetente hye-Turcis ca me Constantinopolim veuerrūtur, et Veneta quoq; pta. classis domum reducta est. Aliqui principes Germania (ex quib: Mauritius Saxonia Dux & Imperij Elector cum Guielmo Landgrauio Hassia, Philippum temporis captiui, filio, præcipui erant) cum Rege Gallorum Heinrico eius nominis secundo inito aduersus Cesarem fædere, ingentes copias contrarerunt, pro defendenda, ut vulgo ferebatur, Germania libertate, quam Caesar nimium opprimere velle videbatur, & vrbs Metensis à Gallo tum per insidias occupata est. Verum us motus Passatiensi transactione, inter Cesarem & princeps subsecutæ, sedatus est. Gallo tamen Metim nihilominus retinente, et si Caesar eam postea graui obsidione, frustratamē, prefferit. Solymannus Turcarum Imperator valdam & præpotentem classem armavit; vnde moti Veneti & ipsi maritima arma pararunt, sub Stephanō Theupulo Imperatore, sed nihil damni à Turcis Veneto Imperio tum illatum est, quare & Veneti ab iniuria sibi temperarunt. Ferdinandus Roma-

1552. nia (ex quib: Mauritius Saxonia Dux & Imperij Elector cum Guielmo Landgrauio Hassia, Philippum temporis captiui, filio, præcipui erant) cum Rege Gallorum Heinrico eius nominis secundo inito aduersus Cesarem fædere, ingentes copias contrarerunt, pro defendenda, ut vulgo ferebatur, Germania libertate, quam Caesar nimium opprimere velle videbatur, & vrbs Metensis à Gallo tum per insidias occupata est. Verum us motus Passatiensi transactione, inter Cesarem & princeps subsecutæ, sedatus est. Gallo tamen Metim nihilominus retinente, et si Caesar eam postea graui obsidione, frustratamē, prefferit. Solymannus Turcarum Imperator valdam & præpotentem classem armavit; vnde moti Veneti & ipsi maritima arma pararunt, sub Stephanō Theupulo Imperatore, sed nihil damni à Turcis Veneto Imperio tum illatum est, quare & Veneti ab iniuria sibi temperarunt. Ferdinandus Roma-

noturna

norum Rex in Transylvanianam cum exercitu profectus, prouinciam penetro tam electo Stephano nuper Bellum in defuncti Vaiuoda Regis filio impubere, debellauit: Ad Transylva Solymannum autem adolescens supplex confugit, effecitq; ut Turcae ingentes peditum equitūq; copias in Ferdinandu ducerent, ac Lippa Sagadinog; vrbi- bus receptis, compressisq; Austrianorū armis Stephanus in Regnum paternū, Solymanni ope, restituitur. Hinc Turcorū classis in Siculū fretū delata Caietanū Messinē h̄feḡ, littus fæde diripuit, & in Neapolitanam maritimā oram inde transgressa similem cladem intulit. Sena quoq; Hetruriæ ciuitas, Hispanorū præsidū & eorū insolentiam diutius ferre nō valens, a Casare defecit, & in libertatem se vendicavit, arxq; ibi exstructa à Senensi populo è fundamento diruta est. Nec his malis fortuna contenta alia etiam clade Casarem affecit, nam septem Doriæ tristemes, Neapolim milites præsidarios aduehēres, apud Caietam, a Draguth Tûreico pirata, op- pressa sunt. Hinc Casar in Italia nouam in Serenses expeditionem molitus est, contractis ingentibus copijs sub Petri Toledani proregis Neapolitani Impe- rio, eam autem Ferraria Cardinalis & Petrus Strozzius regis Gallorū nomine acriter defendebant. In hisq; belli motib. Donatus princeps, postquam septē annos eum dimidio Reip. presuisset, diem suū obiit, princeps & sepulture locum in Seruorum aedifici elegit, E- moritur, susq; laudes Ioannes Donatus (vir eloquen- tiſimus) oratione funebri, pro more, celebrauitur.

VENETORVM DVCVM
MARCUS ANTONIVS TRIVI-
SANVS DVX LXXIX.



1553.

DO N A T O Principi Marcus Antonius Trivi-
sanus successer datus est, vir singularis sancti-
moniae, & qui eam dignitatem inuitus suscepit, vt
pote qui natura religionis potius & priuatæ vita
studio oblectaretur, quam quod publicos honores &
Imperia ambiret, miraq; in pauperes beneficentia
vtebatur. Statimq; eius principatus initio nuncia-
rum est res in piratas prospere gestas esse: nam Chri-
stophorus Canalis Venetæ classis in Adriatico senu-
prefectus

prefectus apud Hydruntum eos oppresserat, ex qua-
 tuor longis nauibus tres interciens, in quartam præ-
 donum Dux, celeri remorum impulsu adiutus aufu-
 git. Scyriphus interioris Mauritaniae Rex nomine
 Maulemeth hoc tempore aduersus Lusitanos graue
 bellum duxit, multasq; illis clades intulit, eoq; fa-
 cto nomen eius orbi notum fieri caput. Carolus Ca-
 sur in Morinos contra Gallum exercitum ducens
 urbem Terouanam cepit diripuit & incensam fun-
 ditus euertit. Mari autem Turcae Galliq; fœdere
 iuncti validissimam classem instruxere, eaq; in ma-
 tre superum educta sub Ariadeno Turca & Pollino
 Gallo maritimam Calabria oram depopulatis sunt,
 pari quoq; clade Siciliam afflentes, Inde Corsy-
 cum quoq; littus infestarunt. In his turbis Solyma-
 nus Turcius Imperator dirum & in humanum fa-
 cinus in Asia perpetrauit, qui Mustapham filium, in
 minori Armenia regnante (quod is patri insidias
 ad occupandum Imperium parasse, falso tamen, de-
 latus est) in conspectu suo necandum curauit, Simul prium fi-
 quoq; Solymanni iussu in Mustapha signiferum, qui
 enobili Michaëlum Venetorum familia originem cari iu-
 trahebat, capitali suplicio animaduersum est. Mor-
 tem filij postea Solymannus pœnitentia ductus mul-
 tus Lachrymis deplorasse dicitur. Anglia quoq; re-
 gnum magnis tum motibus agitatum est: Defuncto
 namq; Eduardo sexto Rege adhuc impubere, Maria Edardus
 soror fratri loco, quoniam nulla virilis stirps supe-
 rerat, Britanniæ regnum obtinuit, & Philippo Hi-
 spaniarum Regi, Caroli s. filio, tunc viduo, nupsit. tur.
Solymannus Turca rum impe-
rator pro-
rator pro-
rum ne-
bet.

VENETORVM DVCVM


Id matrimonium nonnulli Britannie primores, quibus Hispani nomen exosum erat, impedire conabantur. Verum Regina hoc aegre ferens, vroceres dissidentes partim interfecit, partim in exilium egit, nonnulli fuga salutem sibi quaesierunt. Status quoq; religionis qui sub Eduardo immutatus & reformatus fuerat, iterum abrogatur, & Papistica religio de novo introducitur non sine magna sanguinis effusione. Senaetiam tum Cesareanis armis premebatur, multaq; ac varia circa urbem pugnae commissa, cum villarum incendijs & agrorum foeda deuastatione. Obiit autem Triuisanus princeps anno
Trinisa- mus mori sui Ducatus primo nondum omnino exalto, fateore
sur. pentino, dum sacris in Ducarij scelto interesset. Vir ob singularem probitatem omnibus gratus & amabilis. Eum Bernhardus Lauredanus, Andrea filius, oratione funebri celebravit, & quiescit tumulo insigni in ade D. Francisci ad vineas & in lapide qui humi ante chorum loco editiore positus, est hac verba leguntur,

Offa Mæci Antonij Triuisani Principis, vixit annos LXXIX. in principatu I. M. D. LIII. E regione autem ad portam Meridionalem in more quadrato elaboratissimo,

D. Opt. Max.

Marcus Antonius Triuisanus P. integer vita & paternay virtute ac gloria semper clarus, omnibus

*nibus honoribus egregiè perfunctus, à patribus; in-
uitò ipsius genio, princeps cooptatus, cum annum*



*Remp. sanctè gubernasset, religionis amantissimus,
dum sacris in imaginum aulainteresset, nulla agri-
tudine, flexis genibus, in gremio patrum moriens,
migravit in cælum beatissimus M. D. L V. I.,
Octobris.*

64 FRAN-

VENETORVM DVCVM
FRANCISCVS VENERIVS,
DVX LXXX.



1554. **V**ENERIVS postea ad principatum venit.
Sub eo clavis Othomanica media estate è Gra-
cia ora profecta in Apuliam nauigauit, Besticenq;
oppidum vi cœpit, & multos inde atq; ex finitimis
agris littoribusq; mortales in captiuitatem abdu-
xit, inde post ingentem prædam iu Aulone portum
se recepit, post in Epirum, res Venetas nusquam mo-
lestans. Circa Senas Petrus Strozzius Gallici exer-
citus ductor magnam armatorum manum secum
habens,

habens, cum Marignani Marchione, Casarianorū
 copiarum p̄fecto, acie decertauit, magna vtrīq; Cesaria-
 cedes edita est, ad postremū Strozzius, fōmore tra- norum et
 gula ictus, profligatur. Hac victoria parta Cæsaria. Gallorū
 ni Senenses obſidione fortius quam ante aſtrīngunt, apud Se-
 & obſessis itinerib; rei frumentarie penuria in ciui- nas con-
 tate captum est laborari, & diu fame macerati ob- ſlictus.
 ſidionē nihilominus forti animo tulere omneq; ob-
 ſcenum osculentorum genus comeſtum priusquam
 deditio facta fit, qua tandem nono mense ſecuta
 Cæſari urbem reddidit. In Aquitania etiam & in
 Morinis Galli Hispani, magnis copijs coſtractis ad
 uera inter ſe arma miſcebat, ferro & flamma on-
 nia vaſtantes. In Sabaudia quoq; ſinib; Gallorum
 copiæ ſub Brisaci ducis Imperio in Cæſarianos edu-
 cta ſunt, proſperaq; is foremna uſu tute, Sencia,
 Casali, Vulpianog; munitiſimis oppidiſ, ex parte atq;
 potitur, & ad Mediolanenses ferè portas cum exer-
 citu ad equitauit. Per id tempus Iulius 3. T. antifex Iulius 3.
 vitam obiit, ſurrogatusq; est in eius lectione marcel. Pontif:
 lus Cardinalis ſancta crucis natione Thaiscus ex op- mors.
 pido Philitorio, qui retento nomine Melcellus 2. ap-
 pellari voluit, ſedit autem in Pontificatu exiguo ad
 modum tempore, obiit enim priuilegio & rigefimo
 die poſt electionem, atatis ſae anno quarto & quin-
 quagesimo, luxitq; eum uniuerſa Romana ciuitas
 quoniam multa de ipſo ſanctitatis opinio erat, ſpe-
 rabantq; omnes eo p̄ſide cuncta Christiana Reip;
 proſperauentura. Cardinalis Theatinus, ex Caraf-
 fa illiſtri familiā Neapolitanā natus, annum agens

VENETORVM DVCVM

Paul:4.
Papa.

circiter octuagesimum, Pontifex éligitur, Pauliq,
Quarti appellationem sibi sumit, Legatioq, ad eum
à Venetis decreta, in qua fuere viti apłifimi Franci
Contarenus, Hieron. Grimanus Matb, Dandulus
eques, & Bernhardus Nauagerius qui orationē ele-
gantissimā habuit Creauit hic Pontifex inter alios
quoq, Ioannem Gröpperum Colonensem Cardina-
lem, Carolus 5: Imperator quietiori vita studio,
Philippo filio, è Britannia ad se accorsito omni Re-
gnorum & prouinciarum hereditariarum guber-
nacula concessit, ipse è Morinis per equitanicum
oceānum in Hispaniam profectus monasterium in-
gressus est, ibiꝝ vitā finiuit. Hoctempore Bona Sfor-
zia, Sigismundi Polonia Regis mater, in Italiā ad
Aponi balnea, in Patavino agro, valetudinis curan-
da causa, ex Sarmatia, profecta est, inde Venetias,
urbē maritimam, visura, accessit, cui frequens Sena-
tus, matronaq, ad centum nobilissime, in Bucen-
za uironauit obuiam prodiero, deduētaq, est per me-
diam urbem ad Eftones ades, affuere cum ea duo
Cardinales Ferraria & Augusta inter quos ipsa
media per urbem incedere sape visa est, Deinde tri-
remim concendens in Apuliam ad Barium nauiga-
uit, cuius urbis imperium Gentilitio Arragonie stir-
pis iure dotale hereditariumq, illi erat. Post Regi-
gina discessum Venerius, qui annum unum & men-
ses vndecim ducatum infirme corpore tenuerat,
morbit tandem sauitia extinguitur, & in Saluato-
ris ade speciosissimo tumulo tegitur, quem frater illi
erigendum curauit,

Venerij
mors.

Lauren-

VITAE ET RES GESTAE. 294
LAURENTIVS PRIVLVS SEV
PRIOLVS DVX. LXXX XI.



Creatur in Venerij locum Laurentius Priulus vtr 1556.
prudens, ac morib. literisq; egregie ornatus, qui Ad huius
cum consiliariatum in quinto collegarum ordine ge loci intel-
rebat. Eius Ducarij regiminu initio ciuitas pestilentia lectum v
Laborare capit, ingentem mortalium strage ealues de Caspa
edidit, migrantibusq; in vicinos agros ac villas ciuib. rem Con-
magna in vrbe solitudo facta est: Cui annona quoq; tarenum
caritas & inopia accessit, quoniā pestilentia metu de Magis-
acc Venetis.

VENETORVM DVCVM

nec terra nec mari in urbem quidquam aduehebat-
tur. Paulus 4. Pontifex hoc tempore in Columnen-
ses , res nouas Rome molientes, bellum mouit : Illi
vero Hispani auxiliū implorarunt , is ducem Fernan-
dum Albanū misit , qui valido exercitu in Romanum
agrum irupit , eoz depopulato ad vrbis ferē portas
accescit , quod Pontificem non parum terruit : Itaq;
pro sua defensione tumultuarium militem vndiq;
colligit , perq; literas & legatos Rempub: Venetam
ad arma contra Hispanū solicitat . Quare moti Pa-
tres Phebū Capellam à secretis virū solertem in Ca-
stra Albani mittunt , ad monitum vt Pontificis res
infestate desineret , nec Apostolicae Seditio ditionem
bello amplius turbaret , alioquin se ex maiorū insti-
tuto et sua erga Ro : Ecclesiam obseruantia illi deesse
non posse : Sed responsū illi est belli initiū à Ponti-
fice ortum , & columnenses ab ipso prius iniuria affe-
ctos quib: Cesar pro iustitia auxiliū ferre teneretur
Sic igitur bellum institutum prosequens Tibur Ho-
stianq; Albanus expugnat , Pontifex Venetos ad ar-
mahortatur , sed illi fædus quod cū Cesare habebant
violare noluerunt . Ad Gallorum igitur & Ferraria
ducis opem Paul: 4. confugit , quorū auxilio Tybur
& Hostiam recipit . Cardinalis quoq; Caraffa Pon-
tificis Nepos Venetas accescit , cui princeps cum
frequenti Senatu in Bucentauro obuiā prodit , Nec
multo post & Hercules Ferrariae Dux è Castris Ve-
netias venit , & ipse maximis honoribus exce-
ptus . Vterq; hoc vrgebat quo Venetos in Hispanum
concitaret , sed illi in proposito seruandi faderis
constitere.

constitere. Id Pontificem adeo commouit ut Bernhardum Nauagerium, pro Senatu Venetotunc Romælegationis munere vngentem, diu a colloquiū admittere noluerit, tandem tamen, remittente indignatione, in pristinam gratiam Venetos recepit. Et in agro Romano circa Palianum Columnensium oppidum, quod ijs electis in Pontificis potestatem venerat, pugna cōtracta & ab Hispanis, Duce Mar. Antonio columnæ Ecclesiastice copia funduntur.

Classis Turcarum centum prope longarum nauium Classis ex Helleponto digressa in superum mare assidue Turcicæ cursu processit, & Calabriæ littoribus maritimisq; Apuliam Apulia ora misere vastatis Cariathum oppidum ter & calarestri naualiq; oppugnatione aggreditur, sed magnum re-

gnacum cædere repulsa trepidè in Aulonæ portum se stat. subduxit. Vrgente sub hoc tempus rei frumentariae inopia Senatus consultum factum est ut Iugera, No ualia, campi, qui latè totius Veneti Imperij finibus neglecti, & stagnantibus aquis inarati nullam frumentum ferebant, ad culturam reducerentur, ut elabrataper multa passuum millia tellus cererem humanae indigentia largius suggesteret, que res Vene- ta Reip. plurimum commodi attulit & urbi in omnem futuræ caritatis euentum sapientissimè consultum est, tresq; huius agrariæ legis prefecti creantur Franciscus Barbarus, Antonius Eriodus, & Nicolaus Genus. Curabant interim Veneti, pacis Italicae studiosi, Pontificem & columnenses ab armis retrahere, missusq; est ea de causa à Senatu Romam M. Antonius Franciscus à secretis vir industrius, cuius

VENETORVM DVCVM

eiuis prudentia effectum est ut armis virring, posicū
Columneses à Pontifice in gratiā recipere tur et Pon-
tifex cum Philippo Hispano quoq, recessiliatus est.
Prodigiq, terrifica eo anno Romana vidit ciuitas q,
Tyberis enim ob continuos imbres subita aquarū ex-
crescentia adeo intimuit ut maxima aluvione in vr-
be et agris omnia plena essent, plurimq, vrbis adi-
cia collapsa, in agris suffocati homines & rapti cum
stabulis armenta perierunt. Eandem fortunam He-
truria ex in tumescientia Arni experta est. Itaq,
Paulus 4. cuius Pontificatus ad eum die bello & his
tempestatib. obnoxius fuerat tandem ad pacem an-
nimū omnino applicuit & pro ea inter Gallum &
Hispanū componenda missi sunt Legati Caraffa &
Triuultius uterq, Gardinalis, hic in Galliam, ille in
inferiorē Germaniam. Venetis vero principis con-
Inaugura-
tio ducis-
la Vene-
80.

iunx Ducalia insignia magnificenter apparatu
sibi delata publice suscepit, renouataq, est rei Vete-
teris memoria, qua centum ab hinc annis fieri non
solit & penè exoluerat. Nam à Paschalis Maripetri
principatu (ut fertur) usq, ad hac tempora Ducissa
Veneta in vrbe visa non fuerat. Ingens itaq, mul-
titudo ad spectaculum rei insolite in urbem con-
fluxit. Ducissa è Dandula nobilissima familia ori-
ginem trahebat, Liliaq, appellabatur. Apparatus
(ut paucis describamus) talis fuit. Ad Barbadicas
edes vbi Ducissa erat, patres frequentes Bucen-
tauro accessere, ipsaq, pallio aureo amicta, Duca-
lusq, infula caput ornatum habens, ingenti matro-
narum.

Tyberis
& Arni
maxima
inunda-
tio.

marum comitatu in apertum proceſſit, exceptaq;
 est à consiliarijs, & excelso throno media locata,
 Bucentauroq;_z ad D. Marci ripam egressa per forum,
 innumerabilis populi multitudine stipatum, media
 inter duos seniores Consiliarios Marcum Centa-
 num & Antonium Iustinianum; insigni pompa in
 Ducarium transiit, Inde aulae, signis rāmentisq;
 auri opifices ferè omnes ad quos ea cura spectat, in-
 dicum Tribunalia, per quaē Ducissa transitura erat,
 mirè exornarunt, multitudoq;_z ingens ministrorum
 aderat, baculos manibus gestantium, que ē medio
 dimouebant turbas: Parata quoq;_z de more in pro-
 patulo mensa ac lautissima cibaria & exposita emia
 nenti pulpito magna estimationis vasa argentea,
 eriduoq;_z publicè ciuitas letitia & festiuitati indul-
 sit. Et quoniam Bucentauri nauis trebra hoc li- Descrip.
 bro mentio fit non alienum fortassis à proposito erit pto Bu-
 dicere quid sit. Est igitur apud Venetos Bucentau-
 rius nauigium maximum atq;_z ornatissimum, co- ri, nauis
 Ionellis frequentiorib: auroq;_z à prora ad puppim pre-
 fulgidum: In eius frontispicio superiori tabulatio
 Ducale solium collocatum est, vbi Princeps, quoties-
 eung; eum hanc nauem ascendere contingit, inter
 legatos exterorum principum & consiliarios (qui
 precipui sunt ex Senatoribus) medias refidet, in
 alijs subsellis ex utraq;_z parte patrum ordo Maie-
 statis & silentij plenus; In inferiori tabulacio
 remiges nauigium agunt; In ipsa naui erectum
 est publicum D. Marci vexillum, & iuxta
 illud

VENETORVM DVCVM

illud principis auratum scutum. Summitas Bucen-
tauri holosericum purpureum habet operimen-
tum funibus alligatum ne ventus rapiat, & ad pup-
pim positum est Iustitiae simulachrum auro nitens,
cuius dextra nudum Ensem, leua equilibrium te-
net, Rostrumq; insignè prominet ut nauigij forma
conspictor sit: Nonnulli Ducentaurium appellatū
volunt. Sed de nominis ratione non satis adhuc con-
stat. Eius vjum Sebastiano Ziano principe primo
introductum tradunt, in aduentu Friderici Barba-
roß imperatoris, dum ille, pro componenda cum
Pontifice & Senatu pace, Venetas venisset. Non-
nulli recentiorem hanc structuram affirmant, &
Caletum sic variae sunt opiniores ea de re. Galli sub Duce Gui-
Galli re- fio Caletum munitissimum oppidum, ad Anglicum
cipiunt. mare in Gallico littore positum, partim armis par-
tim incidijs recepere, quod supra ducentos annos
Eduardus Britannia Rex, eius nominis secundus,
Gallis ereptum occuparat. In Italia interim trepi-
de nunciatur Solymannum Turcam, ingente clas-
sem ByZantij, & in Cilicia exercitum parare: Id
Venetis metum iniecit ne Cyprus inuaderet, Ea
propter Senatus statim centum triremium classem
instruere decreuit, cui Thomam Contarenum pre-
fecit, curaq; tuendi Veneti Imperij circa Gracie o-
ram ei demandata est. Mittitur post hac Melchior
Michiel legatus in Corcyram Insulam ad eam de-
fendendam: Muniuntur quoq; militum praesidijs
Cyprus, Creta, cephallenia, Zazynthus atq; omnis
Dalmatiae ora. Sed Turcica classis in altum nau-
gano

gans primū Aulonæ littus tenuit, inde per Siculum
 pelagus Liguriæ oram petiit, & sic Venetis nihil
 damni illatum est. Ad Ferdinandum Imperatorem,
 cui nuper Carolus Imperij insignia resignauerat,
 Ioannes Capellius eques, & Bernhardus Nauage-
 rius oratores gratulatum missi sunt. Paulus vero
 Theupolus legationem Hispanam habuit, qua Phi-
 lippum regen adibat ut fœdus societatemq; Se-
 natus nomine cum eo renouaret. Turcarum etiam
 classis per mare inferum in Neapolitani Regni fines
 profecta Surtrentū oppidum cœpit ac diripuit, præ-
 da rerum & hominum ingenti ablata. Tumutularū
 quoq; est in Brixensi agro ob Cremonensium iniu-
 riam, qui fluminis Oly ripas, veteribus colonis eie-
 citis, sibi usurpare nitebantur, Vnde ad rixas, & ab
 his ad arma ventum est: Et Brixenses, ut fluminis
 fines intacti manerent, cuius innudatione ipsorum
 agri vberes & fertiles redduntur, magna auri pro-
 fusione mercenarios milites ad sua stipendia eu-
 cant, Cremoneuses quoq; copias contrahunt, hanc
 controuersiam gladio diffinituri: Verum Philippus
 Rex & Senatus Venetus vterq; suos ab armis reuo-
 carunt, & lis sine sanguine sedata est. Orta est pre-
 terea ijs diebus dissensio inter Philippi Hispanie &
 Heinrici Gallic Regum oratores in yrbe Veneta, v-
 terq; enim principis sui potentiam extollens hono-
 ratiorem locum publicè apud principem Senatum-
 q; sibi deferri & concedi postulabat, Diuq; hoc pa-
 trés dijudicare recusarunt, ad Pontificē hanc cogni-
 tionem remittentes, Verum vtroq; Rege instantे

Legatio
 ad Ferdi-
 nandum
 Imperato
 rem.

Cremo-
 nensem
 & Brixia
 norum
 lis.

VENETORVM DVCVM

censuit Senatus, quod omnium memoria semper obseruatum fuerat, ut Gallus orator Hispanum, apud Venetum principem, publicè praecederet. Turcarum imperator Solymaunus ea tempestate tota Asia arma terrestria maritimaq; magno studio parabat, Bellumq; Ferdinando Casari illatus & ad Vienna in Austria expeditione omnes vires conuersuris dicebatur, sed parum ab eo effectum est Vienam enim non perueniens Constantinopolim suos reuocauit.

1558. Decessere per hos dies è vita eodem ferè tempore Carolus 5. Imperator, Maria & Eleonora sorores ipsius, & Maria Philippi Caroli imperatoris filii; vxor Britanniae Regina, item Cardinalis Polus vir doctus & sapiens. In Regno Britannico successit Elisabetha defuncta Regina & soror, quæ Papistica religione rursus abrogata Calvinianū dogma instituit, quod etiamnum ibi obseruatur. Inter Philipū quoq; &

1559. Heinricum Hispanie & Gallie reges cum diu terra Pax inter mariq; bellis omnia cōpleuissent, pax tandem, magno Gallū & miserorum subditorū voto, secuta est, eamq; ob causam Hispanū. Nam Venetiū vnus diei supplicatio publicè decreta, vt q; ea pax diuturnior firmiorq; esset Heinī. Elisabethā filiam Philippo vxore dedit, et Margaritā sororē Emaueli Subaudie duci, qui hac pacificatione Ducatum, è quo pater eius à Gallo & Helvetijs electus era: certis conditionib. recepit. Senatus autē Venetus duos oratores Ioan. Capellū & M. Antoniū Amuliū hunc in Hispaniā, illū in Galliā dimittit Reip. nomine regib. gratulatum. Clāsis Veneta sub legato Pandulpho Contareno dum Maria perlustraret, circa Dyrachiū septē piratarū biremes obuias habuit,

que aliquot Christianorū nauigia paulo ante oppres-
serant, Adeā igitur iniuria vlcscendā legatus cōuer-
sus saeūsimos prædones diu toto mari insectatus est,
illi autē in Dyrrachij portū se receperūt, sed Veneti
nihilominus impetū in eos fecerunt oppidanī autē
piratis auxilia laturi ad arma cocurrūt, Ea propter
Contarenus ira pcitus oppidū tormentis pcuit, cre-
brisq; iclibus ingens murorū ruina fasta est, templū
quoq; (quod sua ligua Moscheam vocant) collapsum Moschea
est, et plurimi Turcatam mares quam fœmina pe- templum
risere, vnde territi omnes ex vrbe fugere caperunt, Turcicū.
Contarenus tamen nulla maiore vi illata classem
abduxit. Verum Respub. qui pacem quam cum So-
lymanno habebat violare non consultum arbitraba-
tur. Contareni factum damnauit & dignitate ei
abrogata, Christophorum Canalem ei substituit.
Nec Solymannus id in ultum relicturus fuisse, quod
palam quoq; testatus est, sed domestica bella eum
impedierunt, filijs ipsius Selinsach & BaiaZethe
de regno, patre adhuc viuente, inter se concertan-
tibus. Galeonum, immensa magnitudinis nauigi-
um, quod maximis sumptibus ad arcendas pirata-
rum incursions Veneti adificarant, cuius præ-
fetus Alexander Bono creatus fuerat, dum sex millia
passuum ab vrbe in anchoris staret, sub ortu pri-
mi tenebris ingenti violentoq; turbine, absorptum
mari mergitur, nullaq; arte vi vel ingenio è profun-
do extrahi vñquam potuit, licet multæ operæ ed
collate & sumptus magni in eam rem facti
sint & sic incredibilis tormentorum & bellicæ

VENETORVM DVCVM

apparatus aliarumq; rerum iactura facta est. In
 Gallia Regiae nuptiae inter Hispanum & Gallis fili-
 a in celebrantur, diuersi belli ludorum apparatus in-
 stituti hastarumq; certamina celebrata, quib. cum
 Rex ipse clarissima fortitudinis exempla edidisset,
 à Montgommireo Scotie equitum ductore, hasta,
 capite diffraicta casque, sauciatus, non multos post
 dies ex eo vulnere è vita decedit, & sic ex subita &
 ingenti laetitia, qua vix dum inchoata erat, omnia
 inluctum conuersa sunt. Succeſſit Heinrico Franci-
 scus 2. filius septemdecim annorum iuuenis ad quem
 Veneti duos oratores congratulandi causa destina-
 runt Nicolaum Pontium & Bernhardum Nauage-
 riū in utrūq; equestri dignitate clarum. Nec mul-
 to post Priolus princeps cum Ducatu trinenium &
 amplius preſuifset è vita decessit & funebri oratio-
 ne à Leonhardo Iustiniano Laurentio filio in
 Gemellorum templo laudatus est, Ela-
 tum eum poste a amici ad Domi-
 nici adem auitis tumulis
 condidere.



HIE-



ELIGITVR in demortui Hieronymus Prio- 1559.
lus eius frater maior natu, vir prater egregiam
corporis formam multa liberatitate ac clementi-
mitiq₃, ingenio. Moritur iisdem quoq₃ diebus Roma
Paulus⁴. Pontifex quem tanto odio in urbe omnes Odium
prosequebantur, ut quod viuo facere non potue- pop.Rom.
runt, in defunctum patrare conati sint, nam in ca- in Paul.4.
dauer illius violentas manus iniijcere, illud discerpe pontifi-
re & inhumatum reliquere. populus Romanus om-

VENETORVM DVCVM

nino constituerat, Sed Cardinalis Neapolitanus, defuncti pontificis necessarius, ut id auerteret, Scroberem in gentem, intempesta noctis silentio, in D. Petri templo effodi curauit, in quam pontificis corpus, sine vello funeris honore, projectum, imminenti periculo liberauit. Illud tamen à furente, multitudine factū est quod marmoream pontificis statuā, quā Romani ciues illi ante ob tributi cuiusdam remissionem, animo non omnino beneuolo, in Capitolio erexerant, cæsim comminutam, ad explendum suum in Tyrannum odium in Tyberim deicerit, ut memoria eius deleretur. Multa quoq; strages per urbem editæ, & in nonnullos passim sauitum est donec Ascanius Cornelius cum præsidio motum illum compesceret. Decessit quoq; ex hac mortali vita Hercules Ferraria Dux, eius nominis Tertius, Alphonsumq; filiuū hædem reliquit, qui cum Cosmo Florentia Duce affinitatem contraxit Lucrecia eius filia matrimonio sibi iuncta, ad eum à patribus legati Iacobus Surianus & Lazarus Mocenigus missi sunt. Et Vincentio Diedo Venetiarū Patriarchæ vita functo successor à senatu datuš est D. Cypriani Abbas, ex Taruisina familia, Ioannes nomine, sacrarū literarū ac vite innocentia clarus. Sfortiam Palauicinum genere Insubrem virū iei militaris peritiſimū patres in auctorarū ut is Veneti peditatus terrestris prefecturā gereret, largo illi stipendio pacto: Traditaq; sunt illi per manus principis in templo D. Marci imperatoria insignia argenteum scilicet sceptram. Domi quoq; cum nimio luxu ciuitas opulenta lasciuiret Marco Foscote

Foscolo rogationem ferente lex sumptuaria lata est
 quæ immodicæ in mundis muliebrib. conuiuïjs, ma-
 gistratibus peregrinis & provincialibus expensæ, co-
 ercebantur, præfecti quodammodo ad eam rem creati sunt, Aloy-
 sius Amulius & Marcus Foscolus, qui sua solertia &
 seueritate, luxuriantes & corruptos ciuitatis mo-
 res pulchre sanarunt. Roma post longam ferè qua-
 tuor mensium disceptationē inter Cardinales super
 electione habitā, tandem Cardinalis Insuber ponti-
 fex creatur, qui Petrus quarti nomine postea vsus est ad Pius 4.
 eum oratores lecti Hieronymus Grimanus & Hie-Pontifi.
 ronymus Zane & cum his Marcus Antonius Amu-
 lius, quos pontifex in Regum aula (quod valde hono-
 rificū habetur) excepit, & omnes equestri dignita-
 te decorauit, plurimique Venetam Remp. laudibus,
 prosequens suū omne studiū in amplificanda eius di-
 gnitate pollicitus est. Philippi Hispaniae Regis classis
 sub imperio vice Regis Siciliae in altū prodūt, è Meli-
 ta quodammodo insula soluens ad Tripolis oppugnationem in A-
 phricam transmisit. Quare mori Turcæ & ipsi cen-
 tum & quadraginta triremiū classem eduxere. Hi-
 spana autē classis in Aphrica post multa cū Mauris
 & Arabibus fœlicia certamina Gerbin insulā, quæ
 Menicem olim appellatam fuisse Iouius afferit, vo-
 luntaria incolarum ditione occupauit. Turco-
 rum classem, octuaginta quatuor diuersi generis na-
 uium ex Helleponto egressa in Achaiam ad Metho-
 num & inde iectam in Apricam cursum direxit, &
 Hispani regis classem fugientem et pugnam detre-
 etantem fudit & plerasque eius naues nempe viginti

VENETORVM DVCVM

duis triremes & triginta naues onerarias quas Caranellas Hispani vocant in suam potestatem rededit. Hinc Gerbi insulam obsidione cinxerunt, & cum per tres ferè menses Hispanos ibi multis oppugnationibus fatigassent, cruenta vtrinque certamina commissa sunt. Postremo fame & siti Christiani in extremum vita discrimen adducti, ex obsidentium manibus pugnando se liberare tentarunt, erumpentes igitur subito ex vrbe supra mille & quingenti bellatores fortissimi, Duce Aluaro constantis & imperterriti animi viro, in Turcas impetum secere, & primo congressu eos fugarunt & in castra repulerunt. Sed Bassa Dragut suos cohortatus ingenti armatorum multitudine Christianos iterum aggreditur, trucidatisque plurimis in oppidum recedere coacti sunt, Aluarusque multis vulneribus acceptis, capitur. Postero die Hispani amissio Duce ditionem fecerunt, ingressaque Turcae oppidum Gerbi, ex milibus saucios agrosque trucidant, reliquos captiuos faciunt, disiectisque munitionibus & oppido solo aquato ex Lybiae littoribus cum victrixi classe Constantinopolim rediere. Persarū Rex Constantinopolim ad Solymannum oratorem suum misit ut Baia Zethem filium patri recōciliaret, muneraque amplissima legatus Persa attulit, inter qua longaeui cerui Lachryma gutta sicut cuius efficax vis contravenenum habetur. Nouaque hoc Venetæ urbis tranquillo tempore Ducalis insula, per D. Marci procuratores, ad quos publici Thesauri cura spectat, superbissimo gemmarum vñionumque ornatu, facta est, qui supra centum aureo-

Persæ legatio ad Solymannum.

aureorum numūm millia constitisse fertur : Ad dītaq₃ sunt due mira arte clēboratā ex puro auro Corona, quarum vna Cretam altera Cyprum, Reip₃ subiecta regna, repräsentaret. Furtumq₃ bisce diebus insigne in vrbe commissum est: Nam vir quidam genere Neapolitanus adulterinis clauib₃ atrio Quæstorio reserato, vbi ferreis arculis publici asseruantur thesauri, ad octo aureorum numūm millia ex arario abstulit: Verum is post aliquot dies captus, obtruncata prius illi dextra, Decemvirum iussu, media Riualti Area, vbi furtum factam fuerat, laqueo eminenti furca suspensus necatur. Admirabil₃ eō tempore Friderici Baduarij viri ingenio clari, ad inuentum Venetam urbem ornauit : Qui Academiam hominū cunctis artib₃ ac disciplinis illustrium Badoerij instituit, sedesq₃ singulas earum professorib₃ in Bibliotheca Nicenam miro ordine assignauit, vt Stoicæ Academia Venetum ac Peripateticorū vetus Schola reuixisse vide-
neta. retur Nuncys literisq₃, postea cognitū est Lusitanos ingenti classe parata ex Olysiponensi littore soluisse prosperaq₃ aura, peruagato immenso Oceani ambi-
tu, ad Cambai urbem in singnem, Persicō maripo- Combati-
fitam, peruenisse, eam autē cum illi agressi fuissent, orbs à Lu-
vi & armis oppugnatam subegere, & sic Turca sitanis
emulo excluso soli deinceps Lusitani India Emporia expugnat
frequentabunt unde aromata omnia in ipsorum e-
rant potestate. Ingentem tum admirandamq₃ ma-
chinam naualem Bartholomeus Campi ingeniosissi-
mus artifex construxit ut Galeonum è profundo
Pelagi extraheret, quem nocturnus turbo in medio

VENETORVM DVCVM

mari demerserat, ut supra dictum est, Sed incassum
omne studium impensum omnesq; sumptus perdit. Romæ Pontifex Max. Marc. Antonium Amuliū, qui
oratorem apud eum pro Repub. agebat, Verona Episcopum declarauit, id factum Amulij agerrimè Se-
natus tulit, quia per legem, vetusq; ciuitatis institu-
tum, oratores, quam diu legationis munere fun-
guntur, nullum à Romano Pontifice nec Ecclesia-
sticum nec seculare beneficium consequi possunt.
Itaq; Amulius Episcopatus abdicare iussus est, &
Hieronymo Superantio successore illi constituto ipse
ex legatione domum reuocatus, Ioannes quoq; fru-
mentus à Secretis Reip. Romam missus est, qui Pon-
tificem de ea Venetorum constitutione informaret,
efficeret q; vt & ipse eam ob causam Amulij electio-
nem reuocaret, quod etiam factum est. Et his rebus
domi forisq; fæliciter & in summa tranquil-
litate gestis Hieronymus priolus
fatis recessit.



Petrus

VITAE ET RES GESTAE. 202
PETRVS LAVREDANVS
DVX LXXXIII.



P E T R V s Lauredanus Prioli in ducatu succeſ- 1566.
ſor datus. Sub eius principatu Solimannus Tur-
carum Imperator in sua etiam senectute ingentem
numerofißimumq; exercitum in Vngariam, ad op-
pugnationem Zigethi loci in Stirie finibus munitif-
fimi, duxit, cui ipſe quoq; in personā interfuit. Ma-
ximilianus Rom: Imperator eius nominis Secundus
ea de te certior factus Augustam Vindelicorum
ſtatus Imperij conuocat, quidq; de Turca pro-
posito compertum habeat exponit, Illi ma-
gnitudine

VENETORVM DVCVM

Zigethū
à Turca
occupa-
sur.

nitudine rei, minentisq; periculi grauitate moti, magna auxilia pollicentur, Quare summa celeritate colligitur ingens copia equitum peditumq; talisq; exiguo tempore ex omni parte exercitus congregaus est, Romano Pontifice (Hispania Rege, Florentino, Ferrarie & Mantuano ducib. auxiliares etiam copias mittentib.) qualem vix nostra memoria in Turcam prodysse ferunt Verum enim vero nostris nimis diu ad Gomorram subsistentibus aut alio quopiam impedimentoo Zigethensib: auxilium ferre differentibus, eō tandem post multam accerimamq; oppugnationem Illustris comes Sereinius, qui imperatoris nomine locum defendebat, cum suis redactus est, ut re plane desperata, cum humani auxiliij nihil superesset, arcem cum ijs qui ex oppugnatione reliqui erant egressus, in ponte aduersus crudelissimum hostem tam diu pugnaret donec ab hostib: inuita, quoniam se ipsis dedere nolle, interemptus sit, ipsiq; earatione Zigethopotiti. Hoc tam prætere undum noue est, quod summa apud eam gentem obedientie atq; etiam in re proposita pertinacia argumentū esse potest, Solymannū ipsum triduo ante Zigethi expugnationem in Castris decessisse, quod à primorib. eius, quos Bassas appellant, ita calatum est ut non aliter ac si ad huc in viuis esset, quotidie ad tentoria ipsius consueta seruitia fierent, donec Zigethum captum & Selim Solymand sancti Imperatoris filius ea de re certior factus essent, quo is maturè sibi prospicere, & in Regno paterno se confirmare posset, antequam aliquis eam ob cau-

ob causam in exercitu tumultus orietur, quod aliquin miles Turcius facere in more habet. Hoc duce anno Salutis nostrae 1569. Idib. Septembris Venerorum armamentariū, accenso ibi puluere Bombar-
 dico, cum multis alijs eorum munitionib. arsit vnde Respublica non parum detrimenti accepit. Laboratum prætera est tū in vrbe tum in tota ditione ma-
 xima annonæ caritate, ita ut multifame perirent,
 plarig. solo pane ex milio, fabis, & pisis facto viue-
 rent. Eadē tempestate Turcicuss imperator expedi-
 tionē in Cyprum fecit, Regnum Veneti Imperij no-
 bilissimum, idq. tandem in sua potestatem rededit: Puluis
 que historia quoniam memorabilis est libet eam hic
 aliquanto verbosius commemorare ut posterietiam
 huius belle meminisse queant. Sic igitur habeto.
 Defuncto apud Zigelhum (vt paulo ante dictū est)
 Solymanno, Selimus præter amplissimū Imperium,
 quod illi ea morte obtigerat, (Solus enim ex quatuor
 filiis superata quoniā pater ante aliquot annos Mu-
 stafam et Baiazetē Rebellionis suspectos necari cur-
 auerat, persuasus scilicet à Rosa cōiuge: Zeangir vero
 tertius filius, gibbosus, cū tāta crudelitatis impatiēs
 esset, sponte mori voluit) patris quoq. existimationē
 & gloriā posseidebat: Sed cum nesciret quaratione
 patrī id nomen eam, gloriā sibi comparasset, tertio
 imperij sui anno (vt ipsius quoq. fama mūdo innotes-
 ceret) nulla fidei datā ratiōne habita, Venetis bellū
 mouit leuisima aut potius nulla de causa. Induxerat Causa ex
 sibi in animum more suorum maiorum ad perpetuā peditio-
 sui gloriā memoriam, collegiū seu Xenodochium, nis-
 quale

Bombar-
 dicus in
 armamen-
 tario Ve-
 neto ac-
 census.

Turca in
 Cyprum
 expedi-
 tio.

VENEATORVM DVCVM

quale ipsi Almaratum vocant, construere, cum templo scholisq; ad liberos in Mahumetica lege erudientes: Iuxta huiusmodi collegia multas domunculas rotunda figura construunt, tum Sacerdotibus atq; Doctorib. suis tum etiā peregrinis quibuslibet. Nam cuiuscunq; tandem nationis aut religionis fuerint possunt tamē libere hoc diuertere, cum equis atq; seruis & triduo gratis commorari. Solent & aliae quedam diuersa ab his mansiones in huiusmodi collegijs adorari pro ipsis vrbis pauperib. quib. in singulos dies, trāter certam panis portionem, numeratur etiam asperus numus. Huiusmodis collegijs sustinendis Imperatores Turcici redditus earum regionū addicere solent, quas ab exteris acquisuerunt: Imò nefas ducunt ea alijs opib. dotare. Talia xenodochia nunc Constantinopolitria sunt, Primū omniū celebrimū construxit Sultanus Mahumetus, is qui Constantinopolim Christianis ademit, Baizetes illius filius alterum, et tertium fundauit Solimannus huius Selimi pater. Dotatum autem fuit hoc collegium postq; is ē vita decessit annuis redditib. qui ex arce et regione Ziglii colliguntur, Non tamē sufficiunt & prouentus tam magnifico collegio, vt pote quod in eo quotannis ad octoginta millia Sultaninorum auctorūnum quos Zecinos vocant, insumentur. Selimus igitur (vt ante dicere capimus) maiorum suorum institutum hac in re emulatus & ipse collegium extruere volebat & Adrianopolim ciuitatem, qua tridui itinere à BiZantio distat, vt ibi fieret, præterea sibi deligit. Iamq; eius fundamēta ponebantur, uis Sacerdos, quem sua ligia Mofri id est prophete-

tam nuncupant in ipsomet loco Imperatorem monuit ut more suorum maiorum ipse quoq; insignem aliquam expeditionē in Christianos susciperet, vt ex eo quod illis adimeret tanto melius & liberalius id dotare posset. Cumq; eum sermonem Imperatori nō displicere intelligeret, simul etiam de Regno Cypri verba facere capit, & ostendere illius opes tantas es- se quib. non solum istud suum collegium abunde do-tare verum etiam id quod patriq; Xenodochio decesset supplere posset: Illud etiā adyiciens occupato Cxpro fore vt mercatores Turcici per ea maria in Syria & Aegyptū nauigantes, longe tutiores essent, qui alio-quin à Piratis Christianis sepe infestarentur, dum in eam insulam refugium haberent. Cui hoc quoq; accessit quod de puluere Bombardico in armamenta rīo accenso, & charitate (qua Venetijs & locis vi- ciniis tum laboratū est, (cuius paulo ante mentio ha-bitata est) rumor Constantinopolim perlatū esset. Et perfidi quidam Iudei rem exaggerantes Ioanni Mi-cheto Marano (qui Constantinopoli agit, & apud Im-peratorem in summa gratia est) omnē rem perscripse-rant, qui Venetis parum fauens Imperatori persua-sit Venotos ad defendendū Cyprium Regnum virib- tunc destitui, ita vt Selimus ea opportunitate et in-stigatione aliorum magis confirmatus, quod ante in animo habebat, ex qui omnino constitueretnibil penſi habens q; capitib. articulisq; fæderis cum Rep- Veneta initi nup subscriptis. & iureiurando se ei ob-stinxisset, Parui quoq; faciēs Mahometi Visiri Prima ry Bassa dehortationem, cui etiā ob id tam grauiter indignatus

VENETORVM DVCVM

indignatus est ut eum Christianū appellaret, quod
spud iHos valde ignominiosum & iniuriosum est.
Reigitur plane constitutam maximos apparatus ter-
rare mazarij facit, nihilq; omittit quod ad tantam
expeditionem faelicitate perfiendam conducere pos-
set.

Veneti contra eadē per plures, certis indi-
tij s moniti ipse quoq; quantum possent huic cona-
uncte. **Q**uadum vtrinq; magno studio agerentur So-
limanus Tertio Idus Februarij anno 1570. Cubatū
Chiausum (quem vocant) ad Venetos legatum di-
bues verbis ac minis qui suis apparatibus equaren-
ter. Is sub Aprilis principium Venetias appulit. Sed
cognovisset, habitaper id deliberandi occasione, Se-
natus censuit longē melius esse & Reip. honestius
xperto Marte se à Turcis defendere quam ita paula-
nari ab illis Imperio spoliari, cum Senatui etiam
aduerfus se agere, vt pote quibinas Venetorū naues
Bonaldanā & Barbam idibus Ianuarij Constanti-
mopoli detinuisse. Itaq; Cubatus in Senatum ad-
missus, vbi causa proposita est. Hoc responso accepto
quod perebat, dimissus est. Hoc responso non pos-
sum Selimus quod volebat minis obtinere ad
sent armis rētentare aggressus est. Igitur ad
eum Maij instructā classēm Rv
eū i vi primarius n...
Digitized by Google

duodecim, cum duabus Venetorum nauibus onerarijs quas illis (ut proxime diximus) ademerat, quatuor Turcicis, uno Mahometi Visiri Galeone (quo nomine genus quoddam omnium maximarum nauium vocat) Mahonicis octo, Pascacauallis quadraginta (bis nominibus vocat naues quib. equi vehuntur)

& multis preterea alijs nauigis omni munitioni Turcica rerumq; necessariarum genere instructa. Hanc classem sem praecesserat Piali Bassa cum triremibus octuaginta & triginta biremibus & sic tota classis Turcica habuit ultra ducenta triginta tria omnis generis nauigia. In his autem turbis maximisq; bellorum apparatibus discessit ex hac rita Petrus Loredanus Venetorum princeps.

Turcica
classem
ad Cyprum
oppugnationem
missa 233.
nauigio
rum omnis gene-
ris.



ALO-

VENETORVM DVCVM.
ALOYSIVS MOCENIGVS,
DVX LXXXIIII.



S V F F E C T V s est Loredano Aloysius Moceni-
1570. gus quinto Id. Maij anno 1570. & die postero cū
maximo applausu omnium Dux declaratus: Clas-
autem Turcica, cursum suum continuando, Calen-
Clas- dis Iulij ad Limisum Cypri oppidum appulit, vbicū
Turcica nō haberet qui eirefisteret militē exposuit, multos-
in Cyprī g. captiuos abdnxit: Postero die cum classe vsqua
aduentus. ad Salinas peruenit, & cum neque hic quisquam
refisteret absq; vlo impedimento peditatum, equi-
tatum, & reliqua omnia in terram exposita sunt.
Mustafa autem occupato agro munitiones quasdi

ad

ad Salinas construxit, neq; illinc castra mouere constituerat donec vniuersas copias ad eam expeditionem deeret as coniunctas haberet. Omnibus igitur copys congregatis Mustafa circa viceſimum ſecondum diem Iulij anno 70. caſtra mouit Nicofiam versus, quo ad viceſimum quintū eisdem mensis peruenit. Dicitur autē habuisse tunc equitū quatuor milia, ſex milia läizerorū, & peditū quatuor milia, nec non plurimos ſpontaneos milites, quorū numerus ignoratur. Conſedit partim in cāpesiri loco, partim ad Mandia colles, vbi ipſe ſuū tentoriū iſabebat, ſubſiderat quoq; magnus equitū peditūq; numerus ē regione S. Clementis. Eo factō Muſtaſa primū omnīū circa valla munitionesq; obequitādo obſeffos ad pralium inuitabat, verū id Carpaſi comiti, Nicolaio Danduli Cypri proregis collaterali, non placuit, vna tamē vice excepta qua Cortefiū ducē militare amitterunt. Turcæ igitur cū oppidanos amplius egredi nolle animaduerterent, munitiones & valla conſtruere cāperunt. Primumq; in collib. S. Mariae cētum & trīginta paſſib. à Podocatāro vrbis munitio- ne, magna celeritate vallū fecerunt, indeq; domos iuxta forum ſit as tormentis perierunt, ſine magna tamen hominum cāde: Alterum adificarunt, ad S. Georgium Magnana, quod tamen illis parum profuit: Tertium in Margeritino colle cōdiderunt inter Cōſtantīū atq; Podocatāru vrbis munitiones: Quar tū in Thomandia colle. Verū cum ex hiſ aggerib. ſeu munitionib. parū muris nocerēt propius accedere cāperunt ad Mœnia veterisq; ciuitatis littus atq; inde

VENETORVM DVCVM

ad Podocatarum, Constantium, Dauilam, & Tri-
polim, vrbis munitiores, fodiendo magis appropin-
quantes, quatuor alios magnos aggeres construxe-
runt è quibus diebus quatuor continuis vrbem cum
sexaginta Machinis feriebant, nec vñquam toto die
cessabant, praterquam sub meridiem quatuor horis
ad se ex calore recreandos & Machinas quoq; refri-
gerandas. Ceterum Mustafa cum cerneret Bombar-
dicos ictus non id quod cupiebat efficere & mænib;
noxia non esse, Proprius ad vrbem accedens ligonib. &
palis profundas foueas fieri mandauit. Oppidani cō-
tra illū impediabant telis suis quaq; versum eum im-
petendo, Ad illi nihilominus pertinaciter operi insi-
stentes ad interius vsg; vallū peruererunt, vbi foueā
maximam facientes terram versus vrbē proiecerūt,
sicq; eum locū plurimis sclopetarijs, qui noctes atq;
dies nostros ad mœnia defendēda accedētes infesta-
bant, tutum pararunt. Erant autē & reliqui hostiū
aggeres prægrandib. fossis circūdate, vt in ijs ad cu-
stodiā magna machina seruarentur, nec possent
nostrī illos telis, peditatu vel equitatū, absq; periculo
adoriri, muniuerantq; sē hostes omni ex parte & de
inde angulos vallorū rumpere incibiepant. Quæ dū
obsessi cernerent maioris periculi metu quodammodo
coacti ad decimūquintū Augusti sub meridiē magno
impetu erūpunt circiter mille numero pedites, scie-
bant enim Turcos ea hora de more quiescere, & sub
vmbra dormire solere, Pionaneo Vicentino Duce, &
vsg; in hostiū conspectū peruenientes binas eorū mu-
nitiones occuparunt, quas Turca, nostros maiore nū
mero

mero efferati, metu deseruerat, sed cū ijs postea equus
tatus in auxiliū venisset, ante quā nostri equites, qui
ordine exire cogebātur peditib. succurrere possent ce-
dere coacti fuere, amissis Pioneneo captiuo, et Italis
et græcis militib. ultra cētū, reliqui cū amplis hostiū
spolijs in urbē redierunt: Nec deinceps prodenu dum
consuerunt quod id nimis magno periculo fieret.
Quare ad diruenda mœnia hostis conuersus est. Porro
qui in ciuitate erāt quilibet ad suas munitiones (q
comuni confilio ita placuisse) quibus destinatus erat
se receperat, occlusis earū orificijs. Itaq; nihil erat
q; hostes impediret quo minus vrbis munitiōes quas
pellent cōscenderent, sed repelletabantur tamē ab his
quise incluserant fortiter & animosè. Et quāvis ob-
sesi literas obscuriorib. caracterib. scriptas aliquotis
es Famagusta & alio promittēdo sibi auxilio, mit-
tere conati essent, eam tamē omnes à Turcis interce-
pta sunt. Mustafa autē cū propter strenuā Nicosia-
norū defensionē multos è suis amisisset, Salinas, vbi
Ali atq; Piali cū classe erāt, legatus missis petiit, vt è
singulis triremib. centenos viros sibi mitteret, q; si-
ne ijs vrbē occupare nō posset. Illi q; Mustafā petebat
fecerūt, itaq; ad octauū Septēb. diē anno 1570. sub
vesperam viginti milium milia ab Ali Nicosiam ad-
ducuntur. Quare exhilaratus Mustafa eadem no-
cte, paulo ante solis ortum, quatuor vrbis munitio-
nes maximo impetu adortus est, Oppidani contra
strenuē se defendebant magna vtriusq; partis, Tur-
carum tamen præcipua, clade. Sed post multam di-
micationem Turca, infausto omni, Podocatarum

VENETORVM DVCVM

urbis munitionē occuparunt, & ibi plurimos strenuissimos milites necarunt, vrbē ingressi Christianos in reliquis vrbis propugnaculis existentes à tergo adorti sunt & vrrinq_z, circumdatos fortissimum quenq_z trucidarunt, Pugnatum est paſſim tumultuarie per omnes vrbis plateas, sine ordine, sine Duce, vſq_z ad sextam diei horam, omnes q_z qui se defendebant interficiebantur. Donec Mustafa vrbem ingressus tantamq_z cædem conspiciens suos cessare iufit, & Christianos ad deditioñem borratus est, vitā dederibus promittens. Sic misera Nicosia capta à militibus direpta, atq_z vastata est. Post hac Mustafa Nicosia discedens relictis ibi peditum milibus quatuor & equitibus mille, ipſe cum vniuersa classe ad Giardinos (quod latine hortos sonat) tribus à Famagusta passuum millibus substitit. Exercitum autem terrestrem ad Famagustam duxit, atque postquam eō peruenisset multa tentauit ut qui in arce essent ſeſe dederent, Monstrabat enim illis magnum captiuorum numerum è Nicosia adductum, & capitula quorundam hastis infixauabat quo maiorem ipsis terrorē incuteret, sed fruſtra, quoniam militum animi contra hostes iam confirmati erant.

Famagusta obſ-
detur.

Marcus Antonius Venetorum nomine Marcus Antonius Bragadinus Bragadi- Dux primarius. Appropinquante autem hyeme eius Fama cum Christianorū clasē nusquam appareret (et ſi gustā pra ea in procinctu iam fuerat & coniunctis viribus fectus. Turcas ex insula Cypropellere altoq_z mari cū ipsis con-

configere decreuerat, tamen quoniā tardius conuenierat, et ideo propter crebras tempestates qua circa hyemem in eo mari nauigantibus periculosa esse solent id consultum non iudicaretur præterea quod Nicosia amissio nunciata esset quod ante ignorantum erat, iterum se domum repperat) Turcae suam quoq; classem, quod parum in insula Cypro illis prodeesse posset, dimittere decreuerunt, vt in Aegeo mari aut Constantinopoli hyemaret, relicti ad Famagusta obsidionem aliquot hominum milibus ad quā euertendā primo vere reddituri erant. Sed biduo antequā soluerent memorabile quid in conspectu urbis Famagusta illis accidit. Cum enim magnum Galeonem (quem vocant), Mahometi Visiri primarij Bassa triremē parvā, & aliam Caramuscalinam nauim, magno captiuorum captiuarumq; numero, flore iuuentutis Nicosiana, multa præciosa & præda alijs impedimentis onerassent, quæ omnia Turcarū Imperatori dono mittere volebant, Gubernator Galeonis antequā solueret cū reliqua classe, dolia quædam referta puluere bombardico Mustafæ tradere Mulieris volebat, Vnde sumpta occasione nobilis quadam fœ- captiue mina, idem captiua, mortem seruituti preferens, memora- puluerem illum Bombardicum, magno & fortia- bile factū nimo incendit (Et si quidam gubernatoris negligen- tia id factum fuisse afferant) Ut ut sit spectaculum fuit horrendum, cernebantur enim misellorū cap- tiuarum corpora in aërem disiecta quodam modo volare, adeoq; omnes cum trib. illis nauib. cōsumpti fuere, ut solus gubernator cū trib. captiuus evaserit.

VENETORVM DVCVM

circa idus Maij anno 1571. Mustafa ad expugnationem vrbis Famagusta se denuo accinxit sublati s & Nicosia quindecim tormentis bellicis, atq; ad Pracipolam occiduam eius hortorum (quos Giardinos nominant) partem, castra locauit. Postea decem diebus continuis aggeres, quib. tormenta bellica imponeretur, & fossas, pro securitate sagittariorum, fieri curauit, eaq; omnia magna celeritate confecit, quadraginta hominum millibus noctu plerumq; labrantibus quo propius ad vrbem accedere possent. Hi autem qui intus erant, postquam cognouisset qua parte hostis turbē verberare vellet, interius partem illa eo fortius muniebāt, eiusq; causa fossas nouas & transuersos aggeres construebant, & ad totam illam muram partem qua hostis aditum sibi quæsturus videbatur, secundū longitudinem aggerē prosagittariis, qui hostem arcerent, parauerant. Duce Bragadino hac omnia diligenter curante, nec quidquam quod ad boni Imperatoris officiū in tanto discrimine pertinet cum suis omittente. Hostes igitur constructis suis aggerib. in summū vallum peruenientes intra mania prospiciebant, & postquam suas munitiones perfecissent, ad decimū nonum Maij anno 1571. urbem ex denis ab ipsis confectis aggerib. verberare caperunt, cum septuaginta quatuor Machinis bellicis, inter quas erant quatuor Serpentinae immensa magnitudinis. Impetebant autem præcipue eam partē vrbis qua inter Lismi portā & armamentariū erat. Et primū quidā nō admodū mœnib. diruendis operā dabat, sed in ipsā vrbē et nostrorū machinas suarū menta

Menta dirigebat, Itaq₃ milites & ciues quo tutores essent ad Mœnia cedere coacti sunt. Contra hi qui in ciuitate erant suas Bōbardas in hostiū Bōbardas tā artificiosè dirigebat, vt quindecim optimas ilorum machinas globis iniectis per fregerint, & vltra hominū triginta millia perdiderint. Sed cū animaduerterent puluere Bombardicū paulatim defuturū, non amplius tam strenue iaculandum consuerunt, Itaq₃ ex singulis machinis, quæ triginta erant numero, tricenos tantū ictus quolibet die postea emittebant, præsentesq₃ adesse oportebat ipsos duces, vt nihil frustra fieret. Sed hostes iam magna vtrorumq₃ cæde aggerem qui extra muros erat (Itali Contrascaram vocant) occupauerant, itaq₃ terram in fossam proiecabant ut eā hac ratione replerent, Fama gustani contra eam terram vna cum murorū ruderib: intro ferebant, Donec hostis fabrefactis ad murū orificijs, fossam Sclopetarjs ita muniuisset, vt absq₃ vita periculo nemo facile amplius accedere posset, Hostes itaq₃ cum fossam terra replessent in singulis locis quib: ex illorum agerib: telavibrabantur quasi portæ per eam aggeris partem quæ contrascarpa dicitur factū, terram ad latera proiecabant fasciculos lignorum & lanæ saccos eo quoq₃ ponentes, & sic quasi muris vtring₃ etiam se muniebant ne à latere ferirentur. Obsessum indies fortius premerentur, & hostem aliter ledere non possent, ignes arte factos in ipsorum munitiones iactabant, qui in fasces lignorum & lanarum saccos incidentes non parum damni dabant. Ad tricesimum primum diem Iunij

VENETORVM DVCVM

.Turce cuniculo ad armamentarij propugnaculum acto ignem inposuerunt , qui magno impetu ingen-
tiq; ruina murum illum craſiſſimum fregit. & ma-
gnam illius partem prostrauit . Eam ob rem Turce-
accurrentes cum signis ad summas ruinas penetra-
runt , sed fortiter repulsi sunt , cum magna cade . Ad
3. Calend: Iulij hostes cuniculo ad Reuelinum acto
sub saxo it idem ignem subiecerunt qui fulminis in-
ſtar omnia diſyciens facilem hostib. aditū parauit.
Accurrunt igitur magno impetu , sed ſtremuere reiſci-
untur. Quare hostes cum intellegerent quantum ex
binis oppugnationib. detrimenti accepiffent mutato
consilio omnes vrbis munitiones Bombardicis Ma-
chinis denuo impetere conſtituerunt. Proinde cele-
riter septenos alios aggeres arcis reliquias vrbis pro-
pugnaculus vicinos , conſtruxerunt , his imposuerunt
machinas bellicas ex alijs aggerib. ablatas , auxe-
runt q; numerum vt iā octuaginta eſſent , tantoq; fu-
rore tormenta emittere cæperunt , vt octaua die Iulij
cum inſequenti nocte quinq; millia ictū vibrarint.
Quib. vtq; munitiones & eos qui intus erant ab an-
teriori parte eas protegenteſ omnino contriuerunt
& plane comminuerunt. Iam igitur in vrbē ad ex-
tremū redacti erant , deerant ad defenſionem neceſ-
ſaria omnia præter ſolam ſpem , ducum virtutem &
militum audaciam , Vinum , carnes , ſal , caſae , caſe-
rag , viſualia deſiciebant , vt iā equos , aſinos , feles ,
& ſimilia cōmmederent , in potu aceto vtebantur
aqua mixto , & ſupererant ex militib. Itaſ quingē-
ritatū in columnes ſed ipſi quoq; ob longas vigilias con-
tinuasq; ſub ardentiſſimo ſole pugnas , plane fefi . Ex-

cateris optimi & strenuissimi quinq^u interirat. Quā
obrem primarū quiq^u totius vrbis vicesimo die Iulij
excommuni consensu Bragadino duci bellū supplicē
obtulerunt quo rogabant vt quoniam eores redacta
essent nec quicquā rerum ad defensionē necessariarū
haberent, nulla foret auxiliorū spes ipsiq^u, ad illū usq^u
diē opes vitamq^u, et omnia, p Illustrissima Rep. Vene-
ta posuissent, veller ipse deinceps eorū ronnum habe-
re, se se cum honestis conditionib. dedere, quib. saltem
cōiugū ac liberorū pudicitie ac vita parceretur. Bra-
gadinus vero illos quantū potuisse consolatus respondit
nihil timendum, auxilia breui ad futura, Interim
celerem nauiculam in Cretam dimisit significatum
quo loco ipsorum res iam essent. Sed dudum speratis
auxilijs nimis longe tardatib. cumq^u, in ciuitate om-
nia ferè deficerent, & in omnes horas singula deter-
runtora fierent, decretueriandē gubernatores, extre-
ma necessitate eō adacti, se honestis conditionib. de-
dere, cuius rei causa ad Cal. Augusti inducias pepe-
gerunt conuenitq^u, vt vtrinq^u, bini obsides daretur,
Prodierunt igitur ex Famagustanis in hostium ca-
stra Hercules Martinengus comes & Matheus
Colfius Famagustanus, Ex hostib. contra in vrbem
venerunt Mustafa vicarius & Ianizerorum Aga
vicarius. Conditiones à Christianis hapecebantur
vitam arma & fortunas sibi conseruari, concediq^u
quinq^u, machinas bellicas, tērnos pulcherrimos equos
& in Cretā tutū iter, Deniq^u, vt Gracis domire ma-
nere suis opibus & Christiana religione frui liceret.
Mustafa omnib. assensit, propriaq^u, manus subscripsit.

Itaq^u

VENETORVM DVCVM

Itaq₃ miles nauib. impositus est volebantq₃ iam ipse
 duces quoq₃ discedere: Cum postridie nonas Angusti
 Bragadinus ad Mustafam literas dat significatq₃
 sub vesperam se cum clauibus ad eum venturum; &
 in arce Tiepolum custodia causa relicturum. Musta-
 fa respondit ut veniret quandocumq₃ placeret, se li-
 benter illum visurum, ob singularem virtutem,
 quam ipse cum alijs ducibus in defendenda vrbe de-
 clarasset, Quibus cognitis Bragadinus sub vesperam
 hora vicesima prima (qua apud nos circiter sextam
 est cum temporis) ad illum accessit, comitatus suis
 ducibus & cum plurimis alijs nobilibus, & multis
 ex gregarij militibus: Sicq₃ ad Mustapha tentori-
 um deducti sunt qui illos primum per humaniter
 exceptit. & sedere iussit, Sed ex uno colloquio paula-
 tim ad alia digrediens, vana quadam occasione Bra-
 gadino obijcit quod durantibus inducij captiuos
 quosdam (quod tamen verū non erat) necari curs-
 set, Itaq₃ arrepta ea occasione in pedes profliens,
 & ira excandescens, omnes vinciri mandauit. Iti
 igitur inermes omnes (quod ad eius tentorium ar-
 mati nemini accedereliceret) vinciti & ante tento-
 rium ducti, spectante Mustata, in frustra dissecti
 Bragadi- sunt. Bragadino autem, postquam ter caput prebere
 no aures iussus essent ac si id amputandum foret, & ille intre
 abscindū pide porrexisset, aures abscissa sunt. Ceteriq₃ mili-
 tur, & Christiani qui tum induciarum tempore in
 castris erant, nihil tale metuentes, circiter trecenti
 necati & qui naues iam cōscenderant itidē spoliati
 & detenti sunt. Post hanc carnificinā, qua septimo
 die

die Augusti Anno 1571, perpetrata est, Mustafa in urbem ingressus Tiepolum qui in arce relicitus erat suspendi iussit. Decimo septimo Augusti qui dies Veueris erat, atq; Turcis etiam festis, produxerunt Bragadinum, spectante semper Mustafa, ad singula diruta loca quib. vrbs verbarat & fuerat, & in singulis binas terrae mensuras ascendendo & descendendo ferræ, deinde terram ipsam ex osculari iusserrunt, cum ante Mustafam transiret: Tum ad mare deductum & in sede positum ad antennas usq; supra malum traxerunt, ut ab omnib. Christianis qui ad huc in portu erant, conspiceretur: Quo facto in foris cum eo reuersi ipsum denudarunt, et quo loco publicè malefici ferrea catena collū comprehensi exponi solent, ibi vincitum viuumq; ex coriarunt. Ceterum Bragadinus hanc crudelitatem magna constantia Bragadini pertulit, tantumq; absuit ut animo deficeret quin nus exco potius inter ipsos cruciatus Tyranno hanc perfidiam riatur fortiter obijceret, interim quoq; Deo supplicans vt sui miseretur. Vbi miserum carnifices excorias- sent, cutem paleis stramineq; repletam, & ad anten nas suspensam, per maritima Syriae localia libri causa duxerunt & omnib. ostentarunt. Et sic Nicosa, & Famagusta, vrbes celeberrime, cum tota insula Cypro in Turca potestatem et dominium venerunt. Ceterum fuerunt in castris ad Famagustæ obsidionē ex omni genere ducenta millia hominū, inter quos erant stipendijs conducti octuaginta millia, quatuor decim millia Iani Zerorum, & sexaginta millia spontaneorum. Iis sexaginta quinq; dieb. quib. urbem oppug-

VENETORVM DVCVM

oppugnarunt centum & quadraginta ferreariae
pilarum millia ex Bombardis machinis in urbem
coniecta sunt.

Verum tamen hac tam insignis, non solum Reip:
Veneta, sed totius Christianitatis clades, illustri &
ingenti illo Victorio, quam eadem anno Pontificia,
Hispanica, Veneta, & illustrissimorum aliquot
principum aliorumq; coniuncta classes aduersus
Turcam, dei opt: Max: singulari beneficio obtinuerunt, aliquo modo lenita & peusata est. Nam
fama de expugnato Cypro Constantinopolim delata
Turcarum Imperator Ali Bassa mandauit vt victorie
fructu quantum posset potiretur, omnesq; vici-
nus insulas occuparet, nemini parceret, adeoq;
ipsam quoq; Christianorum classem (ac si id totum
in ipsius potestate foret) inuaderet & dissiparet.
Is igitur mandato obtemperans decimasexta Se-
ptembr: versus Naupactum in Corinthiacum si-
num soluit, vt postquam illis classem pacib. bis co-
actis alijsq; rebus necessarijs refecisset, ad Christianos
inuadendos prodiret. Eius consilio cognito, &
re antea mature deliberata, coniunctis omnib. fæ-
deratorū virib. Christianorū & in fratre animo ho-
ste expectare & adoriri constituerunt. Itaq; circa 8.
Octob: diem Anno 1571. hæ duæ potentissima clas-
ses ad sinum Corinthia. cum apud Dardanellas ad-
uersus se mutuo direxerunt, & pugnatum est hinc
inde summa contentione, nostris non ignorantibus
quid ea pugna amissa toti Christianæ Reipub:
periculi inde mimiceret. Quare tandem Christi-
ni des

ni dei opt: maximi in effabili bonitate ingenti victoria aduersus Turcas potitisunt, in qua ex hostibus capti & interfecti ultra viginti nouem milia & plerisque ipsorum naues cum omnibus impedimentis occupatae in Christianorum potestate venerunt. Enituit autem principiæ in ea pugna singularis virtus et fortitudo D. Ioannis Austriaci Christianissimi huius fæderis inter Pontificem Hispanum atque Venetos initi, summi Imperatoris. Marci Antonij Columnæ. è nobilissima & antiquissima Romano-familia nati Pij V. Pontif. copiarum Doctoris Sebastiani item in Veuerij Veneta classis summi prefecti, qui boni Imperatoris atque etiam militis officio simul fungens nihil omittebat quod ad consequendam victoriam facere posset. Augustini Barbadi- ci Benedicti Soranzij & aliorum inmunerabilium, quorum certè nomem ob rem tam strenue gestam immortalis laude dignum est, ad posteros ut idem faciant incitandos. Reliquorum nomina qui sigillatum cognoscere & historiam huius pugna naualis ad longum de scriptam legere cupit videat. D. Ioannem Petrum Contarenum qui ex professo luculenter totum bellum Cyprium & hanc naualem quoque pugnam descripsit, vnde nos etiam plerique mutuatis sumus. Ne alienis plurimis nos ornare vel quenquam debita laude fraudare velle existimetur in Anno 1574. Quinto idus Maij. cum Sereniss. Dux, electionis, seu, ut nonnulli volunt, nativitatibus sua diem celebraturus, conium splendidum & magnificum amicis in palatio parasset, circa secundam pomeri-

VENETORVM DVCVM

pomeridianam ingens incendium subito exortum est, quod Ducale palatium magna exparte, usq; ad eum locum in quo Magni (vti vocant) consilij Senatores congregari solent, absumpit, et comparare turri, que ad Templum D. Marci est, non nihil etiam nocuit, plarag, tamen quæ loco moueri poterant conservata sunt. Fertur multitudinem ociosè id incendiū spectasse, & vt restinguatur parum fuisse sollicitam, nonnullis vociferantibus plagam esse à Deo quoniam Senatus cum Turca pacem fecisset. Quomodo autem is ignis ortus sit certò sciri non potest, ferunt aliqui ex nimia focorum incensione in culina ortum esse: Alij per insidias positum credunt, ea intentione, vt noctu demum erumperet, vt tum eō securius seditioni ciues tumultum excitare possent, à quo interdiu parum abfuit, Sed in clyti Ducis & Setatus prudentia & vigilanti omnia sedata fuere. Hoc eodem anno postquam Carolus g. Galliæ Rex, 30. Calend: Iunij è viuis decessisset, non relicto herede masculo, & ad Heinricum Poloniae regem, ipsius fratre, tum apud Polonos suos agentem, regnum amplissimum per leges Gallicas delatum esset, mater eum è Polonia crebris literis ad se vocat: Ipse hac de ta occasione non cunctandum ratus magnata cituritate, calato etiam abitu suo præcipuis Polonorum qui penes ipsum erant, magna celeritate dispossit is equis, paruo comitatu, Cracouia discedens usq; ad fines Austriae peruenit, relictis tamen post se ad Poloniae status literis eleganti Stylo latine scriptis, quib. tam inopinati abitus causam ipsi significat, omnem

omnem gratiam pollicetur, hortaturq; vt aliquos
exprimoribus in Franciam mittant de in posterum
constituendo Regno Polono secum deliberaturos.)
Ibiq; à Cæsareanu honorifice exceptus Viennam ad
Cæsaream Maiestatem deducitur. Vbi aliquot dies
commoratus Italiam versus contendit. Ea de re Se-
natus certior factus quatuor illi legatos obuiam mit-
tit rodatum vt Venetias iter dirigeret omnem bene-
uolentiam & officia offerentes, annuit Rex & ad
16. Calend. Augusti Murianum (qui locus est vbi vi-
tra conficiuntur & medio Miliari Italico à Venetia
distat) appullit. Postero die quæ fuit 15. Calend.
Aug: & dominica dies sumpto Muriani prædio So-
ranzy trireme concedit comitantib. eum Neuer-
nense et Ferrariense Ducib: et quadraginta nobilib:
Venetiis quib. Mandatū erat vt camerariarū munus
apud regem obirent, & totidē hallabardarijs ex ea-
dam nobilitate ad id seruitium tunc obeundum de-
stinatis & holosericis vestib. omnib. indutis. Cumq;
à Muriano ad Locū cui Lio nomen est nauigaret, de-
cem instructas triremes obuiam habuit quæ omnia
suatormenta bell:ca simul emittentes, horrendo eū
strepitus salutarunt & excepérūt, trirememq; ipsius
cingentes usq; ad arcem Lio comitatae sunt. Obuiam
quog; illi interim prodeuntib. quadrincentis et am-
plius nauigij (quæ Brigantinos vocat) splendidissime
ornatis, et scapharū (quas Gundolas nominant) sum-
ptuosè instructis, multitudine innumera. Ad Lio au-
tem arcus triumphalis erectus erat reb. à Rege hac te-
nus fortiter gestis artificiose depictus has utring, in
scriptiones habens.

d

A parte

VENETORVM DVCVM

A parte Anteriore.

HENRICO III. FRANC. AT QVE
POLO. REGI CHRISTIANISSI-
MO AT QVE INVICTISSIMO
CHRISTIANAE REIP. ACER-
MOPROPVGNATORI ADVEN-
ENTIAE, VETERIS BENEVO-
LENTIAE AT QVE OBSERVAN-
TIAE DECLARATIONEM.

At ergo.

HEINRICO TERTIO FRAN. AT-
QVE POLO. REGI OPTIMO AT-
QVÆ FORTISSIMO HOSPITI IN
COMPARABILI RESP. VENETO-
RVM OB EIVS ADVENTVM FE-
LICISSIMVM.

Reperitq; ibi Patriarcham Venetum cum uni-
uerso clero; Senerissimum quoq; Ducem Venetum
cum patribus & egressis igitur tridentem; primò ante
Patriarcham in genua proeubuit, qui lustrali a-
qua eum asperges aliquot praecationes dixit, his ab-
solutis Rex se it erum in pedes leuat & ad princi-
pem conuersus per humanitatem salutat, a quo in
Bucentaurum nauim deductus est. Erant quoq; illig
honoris & officij causa Legatus pontificius Cardi-
inalis nempe, S. Sixti, Ferrariensis & Niuernensis
Duces, cum multis exterorum Regum & principū
legatis. Omnibus autem locis ubi eum nauim vel a-
scendere vel descendere contigit, multis tormentorū
&cibis

ictibus exceptus est, præcipius vero fragor audiebatur cum S: Marci forum præternauigaret, plusquam decem millibus omnis generis tormentis uno impletum exoneratis ut cœlum ruere videretur. Atq; sic ad ades Foscara Regio apparatu ipfi instructas deductus est. Ad 14. Cal. Aug. varia ludorum genera ad ades seu hospitium eius habitas sunt, virorum & mulierum scapharum cursu inuicem certantium, ignes quoq; artificiosi circa noctem accensi, sum infinitis alijs spectaculorum generibus. Decimo tertio Calend. August. princeps cum Senatu in palatio eum coniuio exceperunt, & circa Vesperam varijs concentus Musici ad Canale D: Marci habitis sunt. Duodecimo Calend. August. Serenis Dux cum patribus Regem in D. Marci templum introduxit, Rege sub operorio seu umbraculo aureo, quod sex Diuis M. Procuratores gestabant, incedente comitatus iterum à Niuerensi Sabaudiensi & Ferrariensi. Ducibus & cantatus est sub primum eius ingressum Psalmus Te Deum laudamus. Ad armamentarium quoq; (quod illis Arsenale dicitur) deductus, ut Venetorum in re Nautica dexteritatem & peritiam singularem animaduerteret unius horula spatio tridem integrarege spectante omnibus rebus necessarijs instructa & absoluta est. Et in summa nihil non officij & honoris genus illi exhibitum sumptu & magnificentia incomparabili. Cumq; sic aliquot diebus Venetijs habisset tandem inde Mansuam, post Cremonam; & illinc in Franciam profectus est.

VENETORVM DVCVM
BERNHARDI GEOR
GII P. V. PERIOCHIA IN XII.
P V B L I C A S S O L E N N I T A T E S , I N
quibus, præter aliquot paucas alias, illu-
stris. Venetus princeps comitanti-
bus Senatoribus, quotannis in
publicum prodit.

Eiusdem Bernhardi Georgij carmen
ad lectorem.

Cum pompa de more solet Dux ire per urbem,
Tum cum Vexillis, cantibus, atq; sonis,
Patricijs q; modò, modo concomitante Senatu,
Idq; ex prescripta tum quoq; lege facit.
Ecce cunctis bis sex solemnia legimus in quam
Quæ digna acceptu visa fuere magis.
Bissenis quare metris conclusimus illa,
Per capita vt q; datum est, singula redidimus
Hæc si parçè nimis carpitimi q; relata videbis,
Ne dic me historiam texere, sed periochen.

I.

Historiæ
hanc repe-
ries in vi-
ta Petri
Candiani
Ducis. QVAM OB CAVSAM SERENISS.
Venetus Dux comitante Senatu Cal. Feb.
quotannis ad templum Sanctæ Ma-
riæ Formosæ profici-
scatur.

CVR nam Febrarij formosa ad tempora Calendis,
Nullo non anno, Duxq; Senatus eant,

Si

Si nescis causam, paucis (aduerte) docebo,
 Nam Vetus atq; recens hoc monet historia,
 Abstulerat nostras prædo ex Tergeste puellas
 E Templo vellent cum remeare domum.
 Per mare lignorum fabri hos ex vrbe secuti,
 Deuictos omnes pene de dere noci.
 Vnde Senatores gauisi cæde latronum,
 Nuptarum reduci virginitate simul,
 Munere protanto statuerunt festa Mariae
 Annua, iure illo concelebranda die.

II.

QUARE ILLVSTRISS. PRINCEPS, Vnde hic
 cum senatoribus in foro veluti pro tribu- mos origi
 nali sedentib. qualibet quinta feria nem habe
 ante quadragesimam taurō, & at vide a-
 aliquod suib; capita am- pud Ange
 putentur. lum Par-
 titiatum
 & Vita-
 lem Mi-
 chaëlem
 Duces.

C Vr decollentur taurus spectante Senatu,
 Atq; sues, cum lux instat opima Iouis,
 Si queris causas, à nobis accipe Lector,
 Deponam modo quæ te quoq; scire iuuet.
 Stagna, Gradūq; simul Patriarcha inuaserat oīm
 Castraq; firmarat proxima nobilibus.
 Quos sumptis armis Venetus Dux agmine facto
 Deuictos capiit, carcere clausit item.
 Præful pace inita demum est Aquileius adactus,
 Ut taurum patribus penderet vt q; sues.

VENETORVM DVGVVM

Hinc taurū , hincq; sues mos est mactare quorundam
Porci Heroas captos, hos dominumq; notant.

III.

QVA DE CAVSA VII.CAL.APRIL.
is quolibet anno Sereniss. Dux comitan-
te Senatu visitet sacras ædeis Beatij
Marci ad honorem Dei
paræ virginis.

Appatauis fundata die hoc fuit inclita nostra vrbs,
Excidium patria cum veritisq; sui,
Omnia nam ferro vastabat, & Attyla flammis
Barbarus Italianam suppeditare volens
Marie quo circa statuerunt ritè quotannis
Virginis ob laudem visere templaque patres.
Dux ex hoc igitur luce hac comitante Senatu
Sacrum adit & grates Dis retulisse solet.
Præteriere anni nostra vrbs ut condita prima est,
Mille ac centenibus duo terq; decem.
Hec eadem vt totidem fœlix per transeat annos
Ferse preces Maria soluite vota patres.

IV.

QVAM O B R E M I L L V S T R I S S.
Princeps quolibet resurrectionis domini-
æ die cum Senatorib.ad fanum san-
cti Zachariæ se con-
ferrat.

Ex-

Excolitur passim Christi solemne quotannis
 A morte ad vitam quo redit ille die.
 Præstitit hoc, & idem semper res publica nostra,
 Nobilis eximia religione Dei.
 Ast cur Zacharie luce illa visiter adem
 Duxq; Senatus item commemorare liber,
 Corpora sanctorum dono monialibus illis
 Papa olim dederat motus amore pio,
 Munus ob hoc princeps fanum id sanctiusq; Senatus
 Promisere illo visere velle die.
 Vnde Senatores Veneti illuc quolibet anno,
 Polliciti memores, corpora sancta colunt,

V.

QVID ITA VIII. DIE POST RE-
 surrectionem dominicam Sereniss, Dux
 cum senatoribus quotannis catad
 delubrum Sanctis Geminiano
 & Memæ Martyribus
 dicatum,

VItalis cupiens plateam extendisse Michael,
 Martyribus geminis templa dicata ruit
 Pontificis summi id cum peruenisset ad aures,
 In Venetum exarsit protinus imperium,
 Scilicet absq; vlo quod nutu præfulissent
 Ausi delubris apposuisse manus,
 Hoc optans igitur mendum emendare beatus
 Papa, ita cum Venetis transgit atq; Dux.
 Principio cupidos absoluit, & inde quotannis
 Visere sacramonet mox renouanda Ducem

d 4 Octave

VENETORVM DVCVM

Octaua postquam surrexit luce redemptor,
Dux adit id templum seq̄ suosq̄ piat.

VI.

QVA DE CAVSA XVII, CAL. MA-
ias celebretur Quotannis solenne S. Isido-
dori Martyris, ex quo Illustriss. princeps
cum senatoribus visitat Mariam Basi-
liam præconibus præeuntibus
cum cæreis integris, &
inaccēfis.

Cvr Isidori fiat solenne quotannis,
En refero, vſq; adeo cur celebretur idem.
Priuat as causas vlturus in vrbe Marinus,
Falestro Illustri sanguine progenitus,
Collectis aliquot nauarchis perdere quosdam
Tractavit maius ius sibi & arripere.
Re comperta hi tunc fuerat quibus ipsa potestas,
Comprehensum, iuri supposuere Ducem.
Coniunctus demum capite est percussus in aulae,
Quo iusurandum præstiteratq; loco.
Iure igitur finem hunc pariterq; hac iusta Marinus
Proq; ausu accepit, promeritisq; tulit.

VII.

QVARE SEPTIMO CAL. MAIAS
singulo quoq; anno serenis, Dux comi-
tante senatu solenni cum pompa Marciam
ædem adeat, & magnifico epulo sena-
tores à se in uitatos ex-
cipiat.

Ten-

Tendebant sancti Theodori insignia ciues
 Adriaciq₃, domi, sum pariterq₃, foris.
 Cum Ligure ast quonia₃ qui plurima bella vigebat,
 Tendebant eadem qui prope signa foris,
 Ne dolus inferri, aut damnum sibi posset ab hoste,
 Primum ea sanxerunt ponere signa patres
 Ad uectum buc Marci fuerat paulo ante Beatis
 Corpus ab Aegipto, non sine mente Dei.
 Marcia quare omnes statuerunt sumere signa,
 Euentura sibi prospera cunctarati,
 Hinc Dux octauo Maii quo cung₃, Calendas,
 Templum adit hinc epulo condecorat q₃, patres.

VIII.

Q V A D E R E I N S O L E M N I A S-
 censionis dominicæ Illustriss. princeps co- Lege vi-
 mitantibus plerisq₃ Magistratibus Bucen- tam Se-
 tauro vectus extra Gemina castra littorea bastiani
 Nauarchis sibi ministrantibus mari de. Ziani Du-
 sponsato ad diui Nicolai fanum descen- cu.
 dat & rediuina peracta in Ducarium
 reuectus epulo regali Senato-
 res, & subinde nauarchos
 excipiat,

M ilite collecto, multisq₃ triremibus auctus,
 Intulit in Venetos Rex Otto bella patres
 Quod Dux pontificem hospitio seruasset in urbe hac
 Apprensum nollet quodq₃ dedisse sibi,

d s Contra

VENETORVM DVCVM

Contra quem validas Veneti eduxere triremes,
Hosteq; de victo mox rediere domum.
Captiuos Regum secum, comitesq; trahentes,
Remigium, schaphas, regmina, signa, tubas,
Vnde duci excelsos papa est largitus honores,
Cui maris vna etiam contulit imperium.
Hinc Bucentauro vebitur, Dux quolibet anno,
Hinc epulo nautes, prosequiturq; patres.

IX.

De hoc le- CVR XVII, CAL. IULIAS CELE-
gito Petri bretur festa dies sanctorum Viti & Mode-
Gradoni. stl. & cursereniss: Dux cum iunioribus pa-
gi Ducus tricijs extructo ponte temporario super
res gestas. Max. canali ad templum illorum
Martyrum Quotannis
tendar.

CVm Baiamons sumptis armis supponere ciues
Es patriam vellet suppeditare sibi,
Aduce Gradonico contra obfistendo repressus.
A patribus meritum est pulsus in exilium,
Annua qua propter celebrantur festa quotannis
Duxq; epulo iuuenes excipit egregio.
Hoc prouis sanxere pij, victoria tanta
Ut praesens effet, perpetuòq; recens.
Iure quiaem patriam quoniam lux illa redemit.
A misero ciues eripuit q; jugo.
Solenne iam vos huius studiosainuentu
Ne lateat certe prodicta causa fuit.

X, Quam

X.

QVAM O B R E M ILL VSTRISS.
 Princeps cum vniuerso senatu manedie i
 solemnitatis corporis Christi, visitato sa
 cro delubro Beati Marci post rem diui
 nam, & supplicationes peractas plateam
 circueat, singulis senatoribus, singulos
 peregrinos Hierosolomytanos
 comitantibus.

Pracipuum fidei nostra tum pignus etara.
 Censentur Christi corpus & ipsa caro
 de redemptoris sunt festa dicata Quot annis
 Hac causa, à cunctis celebranda bonis.
 In cœna hec docuit mysteria summus Iesus,
 Qui dedit in potum seq^z, cibumq^z, suis,
 Qui vult ergo Dei syncerus cultor haberi,
 In carnem verti sentiat ille aZimos.
 Vera caro, Deitas censata est hostia Christi,
 Hoc prestare sacer vir nisi nemo potest
 Qui sanctum peregrinus amet lustrare sepulchrum,
 Sepatibus, luce hac consociatq^z, Duci.

XI.

QVAM O B CAVSAM XVI. C A L. Leonhar.
 Augusti singulo quoq^z anno seren. Dux di Laure
 cu[m] senatoribus perga[t] ad sacras ædeis dani Du
 Beatae Marinæ virginij cis vitam
 Dicatus. hac de re
 Cur videt,

VENETORVM DVCVM

CVRadeant proceres diuca pia sacra Marina
Duxq; Senatorum tum comes , atq; caput
Sivacat , en audi , referam quæ vidimus ipsi.
Quæq; etiam annales tradita commemorant,
Dux strenuus patriæ Patavinam contulit vrbem,
Terreste accreuit primus , & imperium,
Contigit hoc autem festa sub luca Marina,
Post idus Iuli , treis quoq; postq; dies .
Acciso imperio cunctis in nosq; coactis .
Regibus Europaë , vrbs ea rapt a fuit .
Postea cum Venetiis rebus fortuna faueret ,
Quo prius vrbs fuerat parta recepta die est .

XII.

QVIDITA OCTAVO ET SEPTI-
mo Cal. Januarias quolibet anno Illustriss.
princeps comitantibus senioribus senato-
ribus transiectus Ducarijs , nauigijs ultra
max. canalem templum & cænobium
diuo Georgio Maiori dica-
tum Visitet .

AD vada diuertens , & sancti stagna Georgij
Vnicaprogenies , spes quoq; sola Ducis ,
Dum nandi studiis falsis versatur in vndis .
Mystrarum à canibus dilaceratus obit ,
Extinctum vt natam Dux sensit , concitus ira
Combustit Monachos , cænobiumq; sacrum .
Maximus hoc præsul factum postq; audiuit , illud
Non tulit , iratum corripuit q; ducem .

Exim

Exinde monachos illos vice proliis habere.

Iustus, & exustum restituisse lotum;

Vnde sacras aedes visit Dux quolibet anno,

Et sancto lustrat corpore se Stephani

EIVSDEM BERNARDI GEORGII

Carmen ad lectorem.

Quæ memorare tibi Lector solemnia restat,

Annua quæ princeps concelebrare solet.

Haud visum huic nostro est interseruisse libello:

Cali colim cultum quando ea contineant.

Consulto quare nunc prætermisimus illa.

Imminuisq; eavix, quæ capitur historia.

Huic igitur contentus eris, tibi plura dabuntur

Cum nobis ocy copia maior erit.

Venetis, M.D.LVIII. Cal. Iulij.

NOMINA PRINCIPVM VENETORVM.

1.	Paulutius Anafestus.	fol. 1.
2.	Marcellus Telagianus.	2.
3.	Vrsus Ypatius.	ibid.
4.	Theodatus Ypatius.	3.
5.	Galla.	4.
6.	Dominicus Monegaretus.	ibid.
7.	Mauritius Galbatus.	5.
8.	Obelerius Antenorius.	6.
		Ait-

9	Angelus Particiatius.	
10	Iustinianus Particiatius.	9.
11	Ioannes Particiatius.	11.
12	Petrus Gradonicus.	12.
13	Vrsus Particiatius.	13.
14	Ioannes Particiatius.	14.
15	Petrus Candianus.	15.
16	Petrus Tribumus.	16.
17	Vrsus Baduarius.	17.
18	Petrus Candianus.	18.
19	Petrus Badoarius.	19.
20	Candianus.	ibid.
21	Petrus Candianus.	20.
22	Petrus Vrseolus.	22.
23	Vitalis Candianus.	23.
24	Tribunus Memus.	24.
25	Petrus Vrseolus.	25.
26	Otho Vrseolus.	27.
27	Petrus Centranicus.	28.
28	Dominicus Flabanicus.	29.
29	Dominicus Contarenus.	ibid.
30	Dominicus Silvius.	30.
31	Vitalis Falerius.	31.
32	Vitalis Michael.	33.
33	Ordelaphus Faledrus.	34.
34	Dominicus Michael.	36.
35	Petrus Polanus.	38.
36	Dominicus Maurocenus.	40.
37	Vitalis Michael.	41.
38	Sebastianus Zianus.	44.

59	Aürius Mastropetrus.	46:
60	Henricus Dandulus.	47
61	Petrus Zianus.	51:
62	Iacobus Teupulus.	54:
63	Marinus Maurocenus.	56:
64	Rainerius Zenus.	57:
65	Laurentius Tepulus.	59:
66	Iacobus Contareñus.	61:
67	Ioannes Dandulus.	63:
68	Petrus Grandonicus.	65:
69	Matinius Georgius.	67:
70	Ioannes Superantius.	68:
71	Franciscus Dandulus.	69:
72	Bartholomeus Gradonicus.	71:
73	Andreas Dandulus.	72:
74	Marinus Falerius.	75:
75	Ioannes Gradonicus.	76:
76	Ioannes Delphinus.	77:
77	Laurentius Celsus.	77:
78	Marcus Cornarius.	80:
79	Andreas Contarenus.	81:
80	Michael Maurocenus.	86:
81	Ahtonitus Venerius.	84:
82	Michael Stenus.	93:
83	Thomas Mocenicus.	96:
84	Franciscus Fuscarus.	98:
85	Paschalis Maripetrus.	107:
86	Christophorus Maurus.	108:
87	Nicolaus Tronus.	112:
88	Nicolaus Marcellus.	114:

69 Petrus

69.	Petrus Mocenicus.	116.
70.	Andreas Mendraminus.	118.
71.	Ioannnes Mocenicus.	120.
72.	Marcus Barbadius.	131.
73.	Augustinus Barbadicus.	iibid.
74.	Leonardus Lauretanus.	142.
75.	Antonius Grimanus.	156.
76.	Andreas Grittus.	160.
77.	Petrus Landus.	171.
78.	Franciscus Donatus.	185.
79.	Marcus Antonius Triuisanus.	190.
80.	Franciscus Venerius.	192.
81.	Laurentius Priulus.	194.
82.	Hieronymus Priulus.	199.
83.	Petrus Lauredanus.	202.
84.	Aloysius Mocenigus.	205.

F I N I S,


IMPRESSVM FRAN-
COFVRTI AD MOENVM, APVD
PAVLVM REFFELER, IN PENS.
sis Sigismundi Feyerabent.



Österreichische Nationalbibliothek



+Z166338C04



Fr. Hollsteiner

Buchbindere

im rothen Haus

IN WIEN.

Digitized by

